
QVADRA

gesimales Sermones S. Antonij de Padua
Cū duplici tabella: opa Iod. Badij repositi.



Venundantur in eiusdem ædibus, cum
Gratia & priuilegio in trienniū, vt re=
liqui eiusdem diui Sermones.
1521.

Finis Sermonū Quadrageſimaliū beati Antonij a Padua,ſerie temporum.

FINIS.

Incipiunt Sermones Quadragesimales Beati Antonii de Padua.

Dominica Quinquagesime.



Ssumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymã &c. Luce.xviij. Secũdũ ꝙ ait beat⁹ Gregorius.xxv.lib. Moraliũ.c.vij. sicut non sentimus quomodo crescunt mẽbra, proficit corpus, mutatur species, nigredo capillorum transit in canos: ita mens nostra per momenta viuendi ipsarum curarum vsu a semetipsa permutatur: & dũ indiscussa mens relinquitur, in quodam senio torporis sopitur. Vnde bene Osee.vij.dicit. Comederũt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo: & ipse ignorauit. Cõtinet autẽ hoc dictũ Gregorij veritatem consonã rationi naturali. Naturaliter enĩ videmus ꝙ vnaqueqꝫ res sue nature exposita seu relicta, ex quodã nature instinctu, suo primordiali originali cõformatur. Vnde & hinc voluerunt aliqui dicere ꝙ si homo a principio nullius audiret loquelam per seipsum linguã Hebraicam loqueretur, quasi ad hãc eum incitaret natura tanꝙ ad illã que naturalis est origo omniũ aliarum. Videmus insuper ꝙ quia alia flumina a mari trahunt originẽ, idcirco ad ipsum vt iterum fluant continue reuertũtur: & sic de alijs, vt que de terra fiunt & oriũtur, in terram finaliter conuertuntur seu resoluũtur. Nũc autem homo (Gen.j.) de terra formatus est, & ideo sibi relictus terre vt plurimũ proprietatẽ imitatur. Sicut enĩ terra in

A B C

culta quantũcũq; de se bona statim syluestris efficit & infructuosa: sic natura humana nisi diligẽter fuerit culta &c. sic ad peccati maculam properamus. Hæc igitur omnia sancta mater ecclesia considerãs & attendens, pœnitentiæ nobis tempus instituit, scilicet Quadragesimalis obseruantiæ, quæ nunc innuitur, vt nostrã cõscientiam discutiamus, & terrã cordis nostri operemur, & disponamus ad fructũ saluificum proferendum, & ad corporis maculam abstergendam: quam contrahimus dum circa terrena continue occupamur. Et quia teste Chrysostomo super Matth. Hom. ix. in minori: magis exẽpla incitant q̃ sermones, idcirco in hodierno euangelio exẽplum nobis proponitur Saluatoris, qui vt nobis fructum salutis acquireret acerbo supplicio se ip̃m deputauit: qđ nobis innuitur in euangelio memorato cum dicit, Assumpsit Iesus. In quo verbo quattuor ostẽdũtur, quę omnia ad pœnitentiã nos disponunt siue inducunt, videlicet

D

Cõtẽplãda pœnalitas Xp̃i redẽptoris. Assũp. Iesus.
Miseranda calamitas cęci peccatoris. Factum est.
Implorãda benignitas pij saluatoris. Stãs aũt Ies⁹.
Imitanda fidelitas iusti professoris. Et seq. eum.

Et de hoc figura. Ecce occurret vobis homo ãphorã aquę baiulãs, sequimini eũ. Aliter possum⁹ dicere q̃ in euãgelio hodierno duo generaliter tãgũtur. s.
Luminosum spectaculũ mirandę pietatis. qđ nobis proponitur in Christi immolatione. in principio.
Virtuosum miraculũ siue prodigium supernę potestatis. qđ nobis ostendit in cęci illuminatione. ibi. Factum est autem.

Premittitur igitur luminosum spectaculũ pietatis, vbi consideremus quattuor, videlicet

Benignitatem diuini pręcordij. Assumpsit.
Familiaritatem secreti colloquij. Et ait illis.
Pœnalitatē acerbi siue horrendi supplicij. Tradet.
Stoliditatem subiecti collegij. Et ipsi nihil horum.

¶ Narra quantū ad has partes historiā euāgelij, & assigna causam quare Christus frequēter suis discipulis pdixit passionē suā. vz vt fidē ipsorū cōfirmaret, vt qui moriētē viderēt resurrecturū nō dubitarēt: vt dolorē eorū mitigaret, quia minus iacula feriūt quę puidentur: vt suā libertatē eis insinuaret. Vnde dicit. Ascēdam⁹ spōte. Vbi ait Glos. Vt. s. sciant: quomā passionē suā prænouit & spontaneus accessit: & etiā vt dicta legis & prophetarū adimplere se ostēderet. Vel pdixit suā passionē discipulis ad errorem amouendū, ne crederēt eum vi & nō volūtarie esse passum: ad dolorem mitigandū: quia minus feriunt &c. ad timorē excludendū, vt quādo hoc viderent nō timerēt: ad fidem cōfirmandā vt resurrecturū crederent. Sed dicitur ꝙ discipuli eius nihil horū intellexerūt tū ppter excessum passiōis vel dilectionis quā habebāt ad Christū ppter quā vitā ei⁹ desiderabāt: tum ppter Christi immensam bonitatē: propter quā nō videbatur eis ꝙ aliquis cōtra ipsum deberet aliquid attētare: tum ppter ei⁹ potentiā: tum etiā quia credebāt ipm loqui parabolice sicut frequētius loquebat: & ideo dicit ꝙ erat abscōditum hoc verbū ab eis. ¶ Moraliter. xij. isti discipuli Christi qbus dñicę passionis angustia dñatur & dñicę resurrectionis gloria reuelat, vniuersitatē significāt saluandorū: vt vult Augustinus. ij. de ci. dei. c. v. Cōsurgit em iste nūerus ex ductu partiū septenarij, q est nūerus vniuersitatis: & crescit suis partib⁹ aliquotis in numerū aliū: qui & duplicē resurrectionē signant, scz animę & corporis. Huius enim numeri B F G

saluandorũ figura pcessit in Noe in quo saluata est
Christi generatio cũ duobus filijs, tertio reproba-
to: ideo dicit dñs ipsis apostolis. Iudicabitis duode
cim tribus Israel.i.vniuersitatẽ iudicãdorum. His
igitur dominus dicit. Ecce ascendimus Hierosoly-
mam &c. vbi duo dicit. videlicet.

Ascensionis locũ, quia Hierosolymam.
Ascensionis modũ, quia Filius hois tradet.

H ℂ Attẽdite igit ascensionis locũ, quia Hierosolymã
id est ad pacẽ ꝯscientię & ad pacẽ patrię. Psal. Roga
te quę ad pacẽ sunt Hierusalẽ. Leuit.xxvj. Dabo pa
cem in finibus vestris. Et hic aduerte ꝙ omes nun
cios quos tibi dñs mittit, siue ꝓsperitatis, siue ad-
uersitatis &c. ad pacẽ huiusmodi te perducũt. Pro
uerb.iij. Vię illius pulchrę, & omnes semitę illi⁹ pa
cificę. Vię scʒ prosperitatis quæ sunt latę: & semitæ
aduersitatis quę sunt strictę. tñ sunt breuiores vel
ad terminum te adducũt citius. Psal. Multiplicatę
sunt infirmitates eoꝝ, postea accelerauerũt. Nõ cer
te sic mũdus, nõ dæmon, non sic caro: quia primo
Machab.j.cap. loquunt tibi verba pacifica in dolũ
I vt credas te eis. De hoc nota figuram.j.Reg.xxix.ꝙ
Ioab, qui nũcius interpretat, occurrit Amassę.i.ho
mini peccatori, cui voce id est suggestione blandit,
dat ipsi osculũ, pacẽ promittẽdo: manu dextera tã-
git mentũ: id est falsum spondet prosperitatis obse
quiũ, quo sic facto gladio ferali cor vulnerat pecca-
toris: dũ ipsum trahit ad consensum.i. interitũ vel
aliter. Vir cor id est eius verecundiam parauit: vt
signũ peccati ab hoibus videatur. Vnde bene dicit
ibidem ꝙ profecturi ad bellũ ibidẽ persistebant. sic
malum exemplũ multos facit ꝑsistere: & multos re
trahit a spirituali pugna. sic certe hũc gladium in
lingua portãt hodie multi habẽtes ad modũ serpẽ

tis linguas bifurcatas. Psal. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt: vana locuti sunt inquit ad proximũ suũ. Vana vero dicit natura, quia diminutę sunt veritates a filijs hominũ. hoc est mõstruosum ꝙ homo habeat duo corda: quia nunq̃ est auditum nec possibile per naturã. & ideo dicit Eccl'i.xx. Vęh duplici corde & labijs scelestis & manib⁹ malefacientibus: & peccatori ingredienti duabus vijs. Tales sunt duplici contritione conterendi. Hierem.xvij.

¶ Ascẽdimus igitur Hierosolymã. Ecce locus ascensionis: sed hic aduerte ꝙ homo p seipsum ascendere nõ potest, nedũ ad gloriam obtinendã, verũ etiã ad gratiã promerendã. Baruc.iiij. Quis ascendit in cęlũ & assumpsit eã sc3 gratiam & eduxit illã de nubibus stillãtib⁹. s. rorem cęlestẽ? quasi dicat nullus. Nullus igitur per seipsum ascẽdere potest. Vt igit te nõ valeas excusare: ecce quod dicit tibi de⁹. Ascendimus, quia tecũ ascendã, aliter ascẽdere nõ vales. Esaię.lij. Precedet igit dñs vos & congregabit vos deus Israel: immo quod plus est semp q̃diu volueris ipe exhibebit se p̃sentẽ. & ideo dicit, ecce Esai. vt supra. ego ipse assum. K

¶ Sequitur ascẽsionis modus quia fili⁹ hominis tradet &c. Vbi aduerte ꝙ homo potest dupliciter considerari. Vno modo q̃tum ad esse naturę, & sic cõtinet in se duo, sc3 animã secũdũ quã est filius dei, quia secundũ illã factus est ad imaginẽ dei, & secundũ illã est a deo p̃se: & cõtinet ipm corpus secundũ ꝙ est ab homine propter propagationẽ. Alio modo quãtũ ad esse meriti, & sic cõtinet duo, ve3 opus meritoriũ & secundũ illud est a deo, quia nõ sumus sufficientes cogitare &c. & opus peccati. & illd est ab homine. a nobis em̃ est (vt ait Anselm⁹ de libero arbitrio) ꝙ possum⁹ deficere & peccare. Igitur si vis ascendere oportet vt filius hois L

tradatur secundū vtrūq; intellectū. Tradit eīm pri
mo in cōtritione: quia ibi pertractas expellere igno
miniose & verecūde quod cū delectatione suscepisti.
Iudicū.iij. In manu mulieris Iezabel.i. aię ascēdētis
in deū, tradere Sisarā: qui exclusio gladij cōscientiæ
interpretat. Secūdo traditur in cōfessione: dū publi
ca voce detegit secretū: quod ante in domū tuā vo=
caueras nūc eijciendo accusas. Psal. Subsannatio &
illusio ijs qui in circuitu vestro sunt. iij. Reg. xviij.
Illudebat ei Helias, qui ascendēs dñs vel robust⁹ do
minator interpretat. Tertio flagellat in fatigatio=
ne: dū sc3 delectatio in pœnā conuertit: & quod fue=
rat in solatiū fit in onus & pondus. Exod. v. Flagel=
lati sunt qui pręerāt opibus. Quarto cōspuitur, dū
sc3 cōtinue detestat. Quotiēs eīm ad memoriā reuo
catur, totiēs deo aut sibi ipsi debet exprobrare pec
cator scelus cōmissū3 detestādo & horrēdo. De hoc
habetur figura Deutero. xxv. Tollet mulier calcea=
mentū. i. velamē de pedibus eius, id est de inordina
ta affectione: & spuet in faciem eius: & dicet sic fiet
homini qui nō vult ędificare domum fratris sui in
Israel. Hoc fit homini qui cōscientiā noluit accipere
cōiugem: vt ex ea filios legitimos procrearet fratri
suo id est Christo. Quinto occiditur quādo oīs occa
sio amputatur, & quādo ex toto oīs inclinatio & in
citatio amouetur. Eze. ix. Transite per ciuitatē. s. cō
scietię, sequētes eū & percutite. Vbi nota ꝙ Christ⁹
nihil vult in sua camera de alio retinere. Oīa aūt
sua signata sunt suo sigillo: quia ad pœnitentiā in=
ducūt vel in ea fundant. hoc est qđ sequit. Non par
cat oculus vester neq; misereamini senem. i. inuete
ratā consuetudinē, adolescentulū. i. magis nouā, vir
ginē. i. quę possit esse occasio pariēdi peccatū: paruu
lum. i. opus inceptū, mulierem. i. opus diminutum

& impfectũ: interficite vsq; ad internicionẽ. & tunc sequit. Tertia die resurget. Prima dies est viuificatio fidei q̃ antea mortua fuerat &c. Secũda dies resurrectio spei: q̃ prius erat p̃sumptio sine meritis. Tertia reuocatio charitatis: q̃ fuerat p peccatũ expulsa. Hę sunt tres dies: quia nũc manẽt spes, fides, charitas: tria hęc &c. in Ep̃la. Iosue. viij. Pręparate vobis cibaria: quoniã post diem tertium trãsibitis Iordanem, id est riuũ mortalitatis culpę perueniẽdo ad lumen gratiæ. Sequitur. M

Et factũ est cũ appropinquaret Hiericho, N vbi ponit virtuosum ꝓdigiũ supnę potestatis ĩ cęci illuminatione. Narra historiã. Vbi attẽde hui⁹ cęci miserabiliter detestati mirã cõmẽdationẽ. Nã priuatus spirituali lumine. ideo ecce ambulauerũt vt cęci, quia dño peccauerunt. Priuatus sociali fœdere vel ꝓtectione, q̃a vnus est, & secũdum nõ habet &c. Priuatus tpali munere: q̃a mẽdicus. Ego autẽ mendicus sum & pauper. Priuatus corporali robore: ideo sedebat solus. Threnoꝝ. j. Quomõ sedet sola ciuitas. Priuatus regali itinere, quia extra viã & in Hiericho q̃ defectus ĩterp̃tat. & tñ his nõ obstãtib⁹ viriliter & prudẽter recurrit ad Christum.
Ipse eñi auscultauit solerter. Et cum videret turbã.
Id quęsiuit instãter. Et interrogabat quid hoc esset.
Exclamauit feruenter. Et cla. dicens.
Postulauit fidenter. Fili Dauid, miserere mei.
Perseuerauit cõstãter. Ipse vero magis cla. O quot O quot sunt hodie qui sunt cęci, q priuati lumine cognitionis ambulãt vt cęci. Psal. Lumẽ oculoꝝ meorũ & ip̃m nõ est mecũ. & sic de alijs supradictis: & tñ sedẽt in fęcibus pctõꝝ transeunte Iesu. i. tpe salutis. Ecce nunc dies salutis. Hinc salus opportuna

transit & ipsi non auscultant: sed hi quia sunt caeci aures obturare contendunt. Infelix peccator audi transeuntes creaturas: audi creatorem in ipsis per transeuntem, & in eis suae diuinitatis vestigia relinquentem: interroga ab eis de ipso: quia tibi veritatem proculdubio respondebunt. Iob. xxj. Interroga quemlibet de maioribus. & cap. xij. Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia caeli, & indicabunt tibi. Loquere terrae & respondebit tibi & narrabunt ea pisces maris. Quis ignorat quin omnia ista manus domini fecerit. Igitur illa sunt transeuntia cum tempore opportunae salutis. Ecclesiastes primo. Omnia tempus habẽt: & suis spatijs transeunt vniuersa sub sole. Ideo Luc. xxj. Cęlũ & terra transibũt. Et vt dicit Fortunatus. Omnia prętereunt pręter amare deum. quia charitas nũq̃ excidit, vt dicitur in Epistola hodierna. Ista tibi si ea interrogaueris proculdubio respõdebũt: & Saluatorem tibi indicabũt: quia omnia clamãt diuinã aeternitatẽ & propriã nihilitatẽ: quę cõtinue vertũtur. ad Ro. primo. Inuisibilia dei p ea quę facta sunt intellecta conspiciũtur. Et cum interrogaueris clamabis, Miserere mei fili Dauid. Allega propriam calamitatẽ, & implora diuinã benignitatẽ: & quia tibi nõ sufficit, pete subsidiũ aliorũ. Vnde de hoc dicitur ꝙ erat mendicans, id est quasi manu indicãs. antiquitus enim nõ erant pauperes ita importuni sicut modo sunt: quia solũ manu indicabãt suã paupertatem. sed nũc facti sunt importuni clamoribus quia refriguit charitas subuenire debentiũ. igitur tu mendica. i. manuali opere aut exercitio indica tuam miseriã: quia sola lingua non sufficit nisi assit conformitas operis: quae simul clamet cum lingua Threnoꝝ. ij. Leua ad eũ manus tuas. Sed proh do

lor Osee.vij.dicitur: Nō est q clamet ad me in eis, quia nō vult peccator misericordiā iplorare: cū tñ vulnerata & saucia conscientia clamet cōtra peccatorem. Gen.iiij. Vox sanguinis fratris tui, id est spiritus quē extinxisti, clamat ad me de terra.i.de conscientia tua. Sed aduertendū ꝙ hūc cæcum increpant prætereūtes.s.culpę vel tēporalia transeūtia: quę faciunt tumultū in conscientia.ipsa enim semꝑ hominem increpant ne loquatur. Vide circa Glos. Osee.viij. Multi morientur: proijcietur silentium. Demū aduerte prudentē postulationē: Domine, inquit, vt videam. Ratio em̄ quare sic miser peccator inuoluitur in tenebris peccatoꝝ est carentia cognitionis. Igitur neqꝫ scierunt neqꝫ intellexerūt. & ideo in tenebris ambulāt. Nota ꝙ cęcus accipit falsam monetā, comedit immūda ꝓ mūdis, & sic de alijs: incedit per cœnū & in foueā cadit: & ideo cęcus nō petit diuitias, non delicias, non honores, non vitā prolixam, sed visum quo regnū animę suę inspicere & dirigere valeat. Multū placet hęc postulatio deo. sicut bene docuit.iij. Reg.iij. de Salomone qui non celebritatem victoriæ, non multitudinem diuitiarum, non vitę prolixitatē a domino postulauit, sed sapientiam &c. Q R

Feria Quarta in Capite Ieiunii. Thema. A



Nge caput tuum. Matthæi sexto. Tria facit inter alia diuina gratia. Est enim incitatiua deuotionis, quia habet dulcorare cor. ideo vnge ad tuā vtilitatē. Inchoatiua perfectionis: quia sine illa nil possumus facere. Condonatiua retributionis & prœmiationis, ideo dicit tuū, id est proprium pro ea obtinenda &c. a

Aliud Thema.

CVm ieiunatis &c. Sententia est Boetii iij. de Consolatione, quod oportet esse sermones loquentium conformes iis de quibus loquũtur. Nunc autẽ hęc Quadragesima est ad pœnitentiam instituta, ad quã ordinatur totum officiũ qđ istis temporibus in ecclesia legitur: ideo de pœnitẽtia prędicare intẽdo: & hanc materiã prosequi dño
A concedẽte vt tã tempori q̃ officio me conformẽ. Et quia teste Anselmo sup Matth. Homilia. iiij. in minori: Pœnitẽtia est cõstructio templi cõsciẽtię qđ p peccatũ destruit: ad susceptionẽ Christi pparãs humana pcordia: idcirco prouide ordinauit ecclesia, vt sicut materiale tẽplũ. xl. annis ædificatũ fuit, vt dicit Ioh. ij. sic tẽplũ consciẽtię nostrę. xl. diebus ædificari debeat, diẽ pro anno, vt in Ezech. dicit, cõputando. Item sicut tẽplũ habebat sex ptes distinctas, quarũ vna alterã præcedebat vbi ad sextam vbi p quintam ingredi poterat, & sic de alijs per ordinẽ: eodem modo hæc quadragesima sex habet hebdomadas ordinatas &c. Nota hic modũ tẽpli: vide in historijs &c. Scđo nũc atriũ mulierũ. Tertio atriũ hominũ. quarto atriũ sacerdotũ. quinto atrium qđ dicit sancta. s. Sãcta scõꝝ. Hę sunt sex cõsideratiões
B qbus debemus ad pœnitẽtiã introduci. Cõsiderare nãq; debem⁹: Primo qd cõmisimus: qa malitię fœditatẽ, & istud est atriũ immũdoꝝ qđ erat primũ. Scđo qd omisimus qa cõstãtię firmitatẽ: & hoc est atriũ mulierũ qđ erat secũdũ. Tertio qd dimisim⁹ qa notitię claritatẽ, & hoc atriũ hoĩz qđ erat tertiũ. Quarto qd deseruim⁹ qa diuinã ĩspirationẽ: & hoc est atriũ sacerdotũ qđ est quartũ sacerdotib⁹ dicatũ. Vñ ibi erãt colũnę, vbi erãt scripta diuina mãdata

literis hebręis, gręcis, & latinis, vt referam⁹ hebręã ad illa q̃ sunt scripta i libro creaturarũ: gręcã ad il la q̃ sunt scripta ĩ libro scripturarũ: latinã ad reue latiões q̃ fiũt i cordib⁹. Quĩto qd cõtẽpsim⁹, qa stu pẽdã Christi exhibitionẽ q̃ Christ⁹ ꝑ nobis se tradi dit. Sexto qd neglexim⁹, qa supnã repromissionẽ: & hęc est sancta sanctoꝝ: & hic loc⁹ q dr̃ sancta. Hodie igit̃ qñ ẽ prĩcipiũ quadragesimę sancta mater eccl'ia ponit nos in ope: vt hoc tẽplũ nostrę ꝓsciẽ ędificare valeam⁹. Et qa operãtib⁹ dat̃ regula & forma, idcir co vt ordinate ꝓcedam⁹ dat nobis regulã quã debe mus tenere. Et ostẽdit nobis quid ꝑmittẽdũ: quia hũilitatẽ abiectiõis: ad quã nos inducit ĩ ꝑmo cine rũ aspsione: vnge caput. s. intẽtionẽ hũilitatis. Quid attẽdendũ, quia deformitatẽ infectiõis quã facit pec catũ in aia nr̃a: & hoc ostẽdit nobis ĩ euãgelio crasti no: fili⁹ me⁹ iacet ĩ domo &c. Quid obseruãdũ, quia intimitatẽ dilectiõis. Debem⁹ eñ nõ solũ amicos di ligere: verũ etiã inimicos: & hoc ostẽdit̃ nobis ĩ euã gelio sextę ferię. Quid ꝑtolãdũ, qa securitatẽ defen siõis & ꝓtectiõis: & hoc ostẽdit nobis ĩ euãgelio diei sabbati: vbi Christus assistit laborantibus in mari. C

¶ Debem⁹ igit̃ ꝑmittere hũilitatẽ sicut in struimur ĩ euãgelio hodierno. ĩ quo breuiter Salua tor facit duo. Primo enim aliquid supponit: quia actum meritorium ad quem obligamur. Cum ieiu natis nolite fieri sicut hypo. &c. Secũdo aliquid im ponit, quia modum directiuum per quẽ obligati regulamur. ¶ Tangit̃ primo act⁹ ad quẽ: & hic est actus ieiunij: quẽ vtiq; Christ⁹ supponit isto tẽpo re debere seruari &c. Vide thema ĩ ꝑsenti sermone & illa q̃ sunt circa hãc materiã. ¶ Secũdo ponit no bis modũ. Vult eñ ꝙ hoc ieiuniũ aliquo mõ dirigat̃ D

quia intẽtione:ideo nolite fieri &c. aliquo liniatur: quia plena subiectione:ideo vnge caput.s.humilitate:aliquo abluatur:quia pura cõfessione: & faciem tuam laua:aliquo fulciatur,quia pia subiectione.s. eleemosyna. Et superius nota de exterminatione sicut habes.

E Vnge caput tuũ. Caput istud mens est, in qua oẽs sensus sunt mirabiliter cõstituti:quia visus cognitionis,auditus attẽtionis, gustus affectionis,odoratus discretionis. Istud caput debet vngi humilitate,quia facit in eo deuotionẽ: & gratiã scaturire,quia.j.Pet.iiij. Deus humilibus dat gratiã. De hac vnctione Eccl'i.ix. Oleum de capite tuo non deficiat;& faciẽ tuã laua,id est cõsciẽtiã quę est principalior & maior pars capitis:quæ si mũda fuerit diuinam imaginẽ repręsentat. Prouerb.xvij. In facie prudẽtis relucet sapientia.s.increata quę de⁹ est. Hæc facies in peccatoribus est nimiũ tenebrosa. Gene.j. Tenebrę erãt super faciem abyssi. Aliqui enim habent ipsam per malitiã,sanguinolentã per irã & odium,liuidã per inuidiã,pulueribus plenã p auaritiam,lutosam per lasciuiã.& sic de alijs. Et nunc lauanda est aqua cõfessionis. Hiere.iiij. Laua a malitia cor tuum. Et Esai.j. Lauamini & mũdi estote. Nota hic ꝙ aliqui nõ solũ habent malitiã & immũditiã interius,verũ etiam portant signa exterius, vnus signo odij armatus: alius supbię: alius luxurię &c.quasi ita appetãt esse noti exterius mũdo,sicut sunt noti interius deo. Igitur laua faciem tuam aqua cõfessionis pura,quę nõ solum habet cõscientiã expiare,verũ etiam & illuminare intellectũ:conuertere te ad deũ qui a te auersus fuerat:& inflãmare affectũ:præsentare deo sacrificium tuum.s.ieiuniũ &c. De hoc habem⁹ figurã.ij.Macha.ij. de aqua crassa de qua aspersum fuit sacrificium. Narra his

florii. ¶Moraliter eūtes in trāsmigrationē Babylonis signant peccatores, qui a diabolo captiuantur & vinculātur p culpā, & in ꝯfusionē Babylonicā adducuntur. Threno. j. Migrauit ꝑpter afflictionē & multitudinē seruitutis. Nota vero quō homo fuit impugnatus tētatione, expugnatus consensu: captiuatus opere, ligatus delectatione, abductus cōsuetudine. Puteus peccati ꝓfunditas. Psal. Neq; vrgeat super me puteus os suum. Hic est puteus in quo. j. Machab. viij. Bachides q vetusta interpretaē id est antiquus hostis quosdā de populo mactans. s. p culpam in puteū magnū id est peccati profunditatem proiecit. Ignis factus est charitas. de quo ꝑceptū fuerat. Leuiti. vj. ꝙ nō deberet diuino altari. s. cordis iusti deficere. Hic ignis in puteū ponitur. dū. s. charitas per peccatū extinguitur, & etiā sepelitur. Redeuntes de Babylonia sunt pœnitētes qui deo & ecclesiē recōciliantur: & isti vadūt ad puteum cōmissorū delictorum per considerationē & pœnitudinē & detestationē. hauriunt inde aquas, sc; cōfessiōis. Hæc est aqua expiationis, de qua Nume. xix. Quicūq; tetigerit humanē animæ morticinum, & aqua aspersus nō fuerit peribit de populo Israel. Sed hoc nō dicit propter peccata venialia & ꝑpter pueros qui pœnitētia nō indigent, nubes peccati intelligentiā offuscabat, & diuinā lucem siue radiū diuinū expellebat siue effugabat. Igitur dū ex aqua aspergiē sacratū altare, sol refulget qui prius erat in nubilo: quia Christ⁹ suē clemētiē oculos ad te cōuertit quos propter peccatū a te auerterat. Item sol iustitiē vbi oritur ignis charitatis accēditur, quia prius extinctus fuerat sacrificium coram domino etiā per hūc ignem deportatur. Laua faciem tuā sed non alienā. Cōfitere peccata tua & nō aliena, & hoc detractoris

bus exprobratur qui crimina falsa alijs imponūt.
H ¶ Sequitur. Nolite thesaurizare. Hoc potest referri tam ad ieiunium q̄ ad omne opus de genere bonorum: quod nō debet fieri pro commodo temporali principaliter nisi secūdario diuino beneplacito supposito. Alio modo ad eleemosynam faciendam & diuitias contemnendas. vbi tangit tria quæ diuitias cōsumunt. s. ęruginem. i. auaritiam. Nota ęrugo de ęre nascitur & ei inhęret. sic auaritia pecuniā quantum ad vtilitatem possidentis: & quia non permittit capere fructum nec temporalem nec spirituale͂. Secundo tangit tineam hoc est lasciuiā, quę sicut diuitias, personam, & animā cōsumit, sic lasciuia gratiam. Tertio tangit fures, id est vanā gloriam quæ furatur simul cū superbia. vt em̄ hō appareat gloriosus super alios consumit pecuniam in palatijs & ornamentis &c. ita q͛ furantur & nulla pauperibus portio reseruatur. ¶ Thesaurizate vobis & nō mihi: quia deo nihil prodest. Iob. xij. Quid prodest ei si iust⁹ fueris? aut qd cōfert ei si imaculata fuerit vita tua? Psal. Bonorū meorū non indiget. Thesauros, id est multitudinem meritorū in cęlo: quia locus verus & proprius thesauri non est terra: sed cęlum. Chrysostomus. Ibi sapiētiā tuā colloca vbi patriam. Nam in terra corrūpitur. Eccli. xiiij. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operabitur ibit cum illo. Vnde hic vbi est thesaurus tu⁹ ibi est cor tuum sepultum, id est meditatio tua intēta. Ecclesiastes decimo. Cor sapientis in dextera eius, id est in æternis: cor stulti in sinistra illius. id est in bonis transitorijs quibus occidimur, vel nobis deficiūt. Et persępe nocuere diuitię eas possidentibus: econtrario Cantabit vacuus coram latrone viator.

Feria.V.in capite Ieiunii.


Anatus est puer ex illa hora. Mat. viij. Gr̃a diuina tria habet facere in aīa. Culpā expiare.iō sanat⁹. Vitā renouare. ideo puer.Mētē ꝯfirmare.iō ex illa hora.Sed attēdē q̄d ait btūs Augustin⁹ sup Psal.lviij.Nemo ē isana tior illo q̄ sibi san⁹ eē videt.Et pōt hoc dictū bti Augustini exēplo idoneo declarari.Sicut.n.eo teste malū icognitū nō euitat:sic ēt habitū nisi cognitū ñ curat.Itē videm⁹ ꝙ ille sol⁹ doceri asp̄nat,q̄ sapiētē se reputat. Vix.n.aut nūq̄ corrigit talis.Prou.xviij. Nō respicit stultus ꝟba prudētię.Et Prouer.j.Sapiētiā atq̄ doctrinā stulti despiciūt.Igit q̄ vult curari spūaliter,necesse est vt suā īfirmitatē agnoscat.Et ideo dictū est supi⁹ ꝙ sicut p̄mitti debeat synceritas intētiōis ita p̄nosci vt euitent vulnus & iacula q̄ faciūt pc̄tm̄ i cordib⁹ pctōꝝ.De hac igr̄ īfirmitate sub figura pueri Cēturionis solliciti,Aug. in Euāgelio hodierno:& de ipsius curatiōe.In quo q̄dē euāgelio tria ponunt. vz, Supplicatio mirę deuotionis vel discretionis. Cū intraret Iesus Capharnaū.Cōmendatio summę p̄fectionis:Audiēs autē Iesus.Exauditio iustę petitionis.Et dixit Iesus Centurioni.

A

Quātū ad primū narra historiā . nā q̄cito Iesus intrauit Capharnaū tā cito hic Cēturio nūcios destinauit. Habuit diligētiā i exq̄rēdo subsidiū, q̄a cū Iesus introisset.i.cū p̄mū Iesus itrauit.Sapiētiā i cognoscēdo piaculū:q̄a puer me⁹&c. Cogitabat eñ Cēturio infirmitates corpales ex pc̄tis p̄uenire tāq̄ pœnas ipsoꝝ:& q̄a ętas infirmior aliq̄liter excusat,noluit vocare seruū sed puerū:iō dicit me⁹.i. dilect⁹ mihi.Eccli.xxxiij.Si est tibi seruus fidelis,sit tibi quasi aīa tua. Iacet,& non potest venire ad te B

ad salutem poscendam: in domo contra illos qui seruos in hospitali ponūt, & dū infirmātur nō faciūt differentiā inter ipsos & canes. Nā statim de domo abijciūt eos. j. Reg. iij. Dereliquit me dñs meus ex quo ęgrotari cœpi. Per hoc etiam ꝙ dicit in domo intēdit alleuiare culpā: quę minor est quādo est in ꝓposito q̄ quando est in opere. Ego veniā &c. Vnde

C Beda. Ad filiū Reguli sanādū ire noluit ne diuitias honorare videretur, ad seruū autē Cēturionis vadit non rogatus. Cum eñ honor scdm Tullium sit exhibitio reuerentię virtutis, & diuitię nō sint virtutes, nec faciāt hominem virtuosum, ideo diuites

D nō sunt honorādi ratione diuitiarū. ¶ Nō sum dignus &c. Nota ꝙ domus animę habet fidē ꝓ fundamēto, spem pro parietibus, sed adhuc nō est apta ad habitādū nisi bestijs & est locus immūdoꝝ: vbi deus habitare non potest. Voluit igitur dicere iste Centurio, dñe non sum tanti meriti ꝙ tu debeas a mea charitate includi, quia nihil est: nec istud beneficiū ex meis meritis peto: quia non sum dignus arbitratus venire ad te. i. aliquod meriti vel minimi anteponere: sed dic verbo, id est vtere tua humilitate, & benignitate, qua humiliter voluisti carnē assumere, & sanabitur &c. Nota ꝙ verbū vocale Christi non reputauit necessariū ad sanandum: sed propterea dixit solū dic verbū vt alijs fieret notū suū puerū Christi ꝟtute sanatū. ¶ Nā & ego &c. Arguit

E per locū a minori. Nota ī verbis Cēturionis ꝑmo profundam humilitatē, Domine non sum dignus. Secūdo modestā vrbanitatē, tectū meū, nō palatia, non castra, sed tectum a tegendo nuncupatū. Eccli. xxix. Initiū vitę hominis panis & aqua & domus ꝓtegens turpitudines. Esa. v. Vęh qui coniūgitis domū ad domū. Dicit ergo tectum: ad declinandū va

nitatis iactantię fastū. Sed tātū dic verbo: ostendēs perfectam credulitatē: credēs ꝙ diuinū dicere sit facere. Ioā. primo. Omnia ꝑ ipsum facta sunt. nō dixit, dic verbo, quasi potestatē attribueret incantatoribus, sed simplici verbo quo cūcta facta sunt, quia dixit & facta sunt. Nā & ego suꝫ homo, sed tu deus, sub potestate constitutus, Romanoꝝ. s. sed tu super omnē potestatē angeloꝝ: habens sub me milites: tu vero vniuersam creaturā & cunctoꝝ naturam: sanitatē & vitam & oīa. & dico huic, vade &c. igit tu multo fortius potes dicere morbo, vade, & recedet, & sanitati veni, & veniet. vel diabolo torquenti (vt aliqui opinātur) istū vexatū a dæmone potes dicere, vade, & recedet: & alio, id est angelo tibi obsequēti vt veniat. s. & assistat, tuū ministeriū erga infirmū implendo: & veniet. Audiens autē Iesus fidē Centurionis, ad modū ammirantis se habens. Est enī ammiratio stupefacti perturbatio ex rerum nouitate prius incognita ꝓueniens: & ꝑ cōsequens cum Christus omnia sciret, de nullo ammirabat. Sequētibus dicit. Amen dico vobis &c. Vbi nota ꝙ sicut charitas est virtutū regina: sic humilitas est ipsarū mensura: & ideo tanta est vnaqueqꝫ quāta est humilitas. Multi venient ab oriente: isti sunt innocentes qui occasum culpę nesciunt. Et ab occidēte: isti sunt pœnitētes qui occasum culpę corrigunt & veniūt ꝑ fidem & sanctā operationē. Vel multi veniēt. s. per fidem, quia accessum habemus ad Iesum ꝑ fidem ad literā. ab oriente & occidente, id est relinquūt tēporales prosperitates quę occidūt & oriūtur: & recūbent &c. Abraham enī vitę lōgitudo, Ysaac gaudiū siue risus, Iacob idē est qđ Israel vidēs deū. Ergo vera fides meretur cū Iacob notitię longitudinē. cum Ysaac notitię pulchritudinē. cū Abraham vitę lon-

G gitudinē,quę securitas tentionis spei succedit. Vel ꝑ hos tres intelligit̄ vniuersitas fideliū: q̄ ī tribus habitibus saluātur theologicis: filij autē regni,q.s.deberent hanc hęreditare terrā, ꝓpter peccatū suū eiijciētur in tenebras exteriores,quia sunt cōsciētijs & opibus tenebrosi. Gen̄.j. Tenebrę erant sup faciem abyssi. Psal. In tenebris ambulāt. Exteriores:qa ad modū fęcis q̄ foras iacitur &c. Vel quia sunt extra spem salutis & cōsolationis & remedij &c. nō enim fide mortua & opibus non viuificata, sed charitate viua & approbata humilitate sic sanabit̄ puer & vi

H tā recipiet. ¶ Moraliter. Centurio peccatorē significat,quia est sub potestate cōstitutus. Omnis em̄ qui facit peccatū, seruus est peccati. Centurio.i.multiplicatus in peccato,& in trāsgressione habet sub se milites.i.carnalia desideria quę militāt aduersus animā:& isti sunt prōpti ad obsequendū voluntati corporis. Puer eius.i.cor puerile infirmat̄. Eccl'i.iiij. Vęh terrę cuius rex puer est. Prouer.xxij. Stultitia colligata est in corde pueri.i.multiplicat̄ in culpa. Huius pueri infirmitas est in Capharnaū.i.in ꝯsolationibus huius mūdi infirmat̄. Vęh vobis diuitibus qui habetis cōsolationē vestrā. In prosperis nō recordat̄ homo interitus sui. Iacebat puer ꝑ immūdā delectationē in domo. nōdū em̄ consummata est dū vita manet tēporalis, mors animę &c.

Feria Sexta in capite Ieiunii.

A SOlem suū oriri facit super bonos & malos &c. Matthęi.v. Gratia diuina habet mentē & animā nostrā illustrare quo ad cognitionē: iō dr̄ solē. Colligare quo ad cōtextionē, qa vnit aīam deo: ideo dicit suū. Fœcūdare quo ad ꝯationē: ideo dicit sup bonos &

malos. Sicut eīm presente sole terra fœcundaſ & germinat: ſic pſente gr̄a diuina, aīa fœcundaſ. Pro ipa ergo &c. Audiſtis quia dictū eſt antiquis &c. ¶ Secundū beatū Gregorium lib. xxviij. Moral. ca xix. Charitas dicitur vinculū pfectionis: quia omne bonū quod agiſ nimirū per illā ligaſ ne pereat. A tentatione nāq3 citius quodlibet opus euelliſ vbi ſolutū vinculo charitatis inuenitur. Et ideo licet oīnes virtutes ſimul cōgregarem⁹, nunq̄ poſſent ſine charitate noſtram cōſcientiā reparare: quia lapides & ligna ſine aliquo ligamēto cōponi non poſſunt. immo (quod plus eſt) charitas nō ſolū vnit & ligat partes huius ſpiritualis ędificij, verū etiā eas aptat vt modo debito diſponātur, puta oculus ad pudicitiā, corpus ad caſtimoniā, auris ad obedientiā, & ſic de alijs omnibus. Et hęc ratio eſt, quia ſenſualitas naturaliter eſt fragilis velut vitrum: nihil tamen tractabilius illo in quo ſuccenſus eſt ignis charitatis: ſic vitrum ſuccenſum eſt tractabile plus q̄ omne aliud quod ingeri poteſt. Efficitur nāq3 tenax & tractabile propter ignem: qui eſt charitas. Igitur ſi volumus membra noſtra diſponere: vt templum efficiantur ſpiritus ſancti, per pœnitentiam neceſſariū eſt ipa diſponere. Et ideo ad hanc charitatē habendam ſaluator nos inducit in euangelio hodierno. In quo duo facit. Aliquid nanq3 ſuadet, videlicet incendium vt hoſtes diligamus. Aliquid diſſuadet, videlicet vanitatis ludibrium: vt laudes fugiam⁹. Primum ibi. Audiſtis. Secundum ibi. Attendite. B

¶ Suadet inquam incēdium &c. & dicit ſic. Audiſtis &c. Odire inimicū, nullū mandatū inuenit vt dicit Gloſ. in corpore legis poſitū ſed ſolū appoſitū ſcribarū traditiōib⁹. Mouebanſ tn̄ ad hoc tenē= C

dum ex quattuor:videlicet.Primo quidē ex diuina impositiōe.Exod.xxiij.Non inibis cū eis fœdus.s. Chananęis & Amalechitis.j.Reg.xv.de quib⁹ deus pręceperat ꝙ nec bestia reseruaretur. Et quia Saul cōtra hoc pręceptū fecerat:idcirco fuerat a dño reprobatus.Secundo ex acerba dei flagellatione: sicut patuit de Sennacherib & eius populo. Esa.xxxvij. Sunt interfecti ab angelo.clxxxv.millia. Tertio ex prophetica imṗcatione ibi. Cōfundātur qui me ꝑse quunt.& Dauid.Fiat habitatio eoꝝ deserta. Quarto ex logica argumētatiōe per locū ab oppositis. si amici sunt diligēdi:ergo inimici odiendi.Sed hę rationes nō concludūt.Prima quidē nō,quia particularis dei sentētia & particulare ꝑceptum nō est vniuersaliter accipiēdū.imo ecōtrario lex vniuersalis capit instātiam in particulari: & propter hoc licitū est vti epikeia.Vnde nō obstante lege vniuersaliter data de nō ineūdo fœd⁹, nihilomin⁹ tñ fœdus inierūt cū Gabaonitis sicut Iosue.ix.Dedit tñ deus leges de trāsgressionibus & istę sunt seruādę: nec tñ puniuntur vt hostes.Secūda etiā ratio nō cōcludit: quia deus est iudex iustus:& sic quātum & quando & vbi & qualiter quis puniri debeat, nō scit homo & ideo dicit,mihi soli vindictam tribuo &c.Tertia item nō concludit:ad illā eñ dicunt beatus Gregorius in libro.j.mora.& beatus Augustin⁹ de sermone dñi in monte,ꝙ prophetę dixerūt non ꝑceptiue sed pręmiatiue. Quarta insuper nō valet:quia argumentū ex oppositis in lege nedū diuina verūetiā humana nunq̄ tenet:procedēdo.s.a gratia ad pœnā quia gratię semper sunt ampliandę, pœnę vero restringēdę:& hoc trahūt leges a lege diuina : q̄ semꝑ punit citra,& præmiat vltra modū vel meritum.

D ¶Item inimici nostri sunt per creationem filij dei:

sed insani: item fratres nostri, sed ęgyptij. Item sunt instrumentum dei: quia sunt lima amouens rubiginē siue malum. Vnde Chrysostomus super Psal. cxxxvij. Inimici nobis frequēter talia pręstāt qualia dulcissimi amici pręstare nō possunt. Item iuxta dictum apostoli: habent nobiscū corpus suū in Christo. Nunc autē si membro sano est bonū faciendū, nō tamen propter hoc malo aut infirmo est malefaciendū: sed potius est subueniendū & medicinę remedium apponendū: immo quod plus est, interdū alia mēbra sunt affligenda pro mēbri infirmi salute: sicut patet ꝙ infirmitate existente in oculo fit in ore minutio: procuratur euacuatio in stomacho & interdum cauterium in capite. Item debet diligere opus dei inquātū eius opus, licet per aliud, non inquātū deformet. Sil'r dei imaginē. Exēplū de vexillo domini quē diligis: si ipsum videres infectū immūditia, immūditiam odires in ipso: vexillū vero diuinę iustitię odire nō debes. Huiusmodi autē est inimicus tuus qui tibi molestiam facit. Vult enim deꝰ cor tuum a terrenis leuari, vel facere te crescere in meritū: & flagellat te per manū alterius. Exemplū Nō cōburitur domus in qua mortuus est & funꝰ, cōsanguineus tuus: sic nec deberes perimere illū in quo deus moritur per culpā, maxime quia spem habere potes vt resurgat per gloriam, & dato ꝙ esses certus de obstinatione, tolera tū quē deus tolerat: tolera quia tibi vtilis ē ad cautelā. Nota quattuor virtutes nos faciunt dei filios. s. fides, charitas, misericordia, pax. Ratio est quia per fidem regeneramur: per charitatem configuramur, per misericordiam confirmamur, per pacem similationem dei noscimus. Nota vt dicit Chrysostomus. Carnales filij non sunt culpabiles si non sunt suis parentibus E

similes:quia non est in potestate eorum corpus figurare:sed spiritualium culpa est nisi domino simi les fuerint,quia patris similitudinem perdiderūt. Vnde ad Ephe.cap.v.Estote imitatores dei sicut fi lij charissimi.pro charitate.Et Luce.vj.Estote misericordes:vt sitis filij patris vestri. pro misericor dia.Ioan.j.Quotquot autem receperunt eū &c.pro fide.Item Matth.v. Beati pacifici,quoniam filij dei vocabuntur.pro pace &c. Fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: ideo non valet argumentum ab oppositis.

¶Diligite &c. vbi duo saluator facit: quia primo suadet dilectionem inimici. Secundo adducit ad hanc rationē cōmotiuum.Quātum ad locutionē oris. Orate &c.¶Dilectionem autem suadet

F quātum ad tria,quātum ad affectionem cordis ibi Diligite quātum ad subiectionē operis, Benefacite. & quātum ad locutionem oris.Orate &c. Amicitia enim in corde radicatur, ore reuelatur, sed opere comprobatur.Et est aduertendum ꝙ sapiēs homo

G non statim plantat amicitiā in corde sed prius dili genter considerat:signum enim leuitatis est amorē faciliter inserere:& est signuꝫ cordis puerilis.sed in veritate leuitatis maioris est signum amorem im pressum faciliter & agiliter amouere: quia qui ami cús est diligit omni tempore:vt ait sapientia.Et ad dunt triplicem rationem. & beneficentiam inimici ostēdere. veꝫ propter paternam imitationem: vt sitis filij.propter supernam retributionē. per gloriā sicut estis.propter pfectā conformationē.Estote igitur pfecti.Primo per imitationē.Si enim diligi tis vt sitis filij &c.Deus enim nunq̄ desinit esse pater: sed bene homo cum peccat desinit esse filius.

Deutero.iij. Nunquid non ipse est dominus Deus tuus qui &c. qui in cęlis est. Augustinus. Deus est in seipso, vt Alpha & ω: in mundo vt auctor & rector: in angelis vt sapor & dulcor, in electis vt redemptor & ductor, in reprobis vt horror & terror. Qui solem suum, id est filium suum secundum Augustinum: vel solem, id est lumen fidei, & pluuiam id est aduersitatem oriri facit super iustos & iniustos, vt sicut iusti pœnas sustinent propter peccatores, sic peccatores bona suscipiant propter iustos: vt ait Augustinus .j. de Ciuitate dei. Dicit autem ꝙ ideo voluit deus hæc omnibus esse communia vt bona non auidius appetantur cum possint malis esse communia, nec mala turpius fugiantur quibus etiam boni afficiantur. Vel aliter, inimici sunt diligendi, quia de mundo nos exire compellunt. Exod.xij. Cogebant Aegyptij populum exire velociter. Psal. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi. Gregorius. Mala quæ nos premunt hic, citius ire ad deum compellunt, quia nos efficiunt vasa cultui diuino sicut faber. Esa.liiij. Ego creaui fabrum flantem in igne prunas, proferentem vas in opus suum. Augustinus. Quod auro ignis, quod lima ferro: hoc facit tribulatio homini iusto: quia dapiferi nostri ministrant nobis fercula patientiæ, & mansuetudinis: vnde filij dei efficiamur. ¶ Vnde aduertēdum ꝙ homo potest tripliciter considerari, vel quantum ad beneficium conuiuendi, & sic ciuis vel patriota vel consanguineus potest vocari proximus. Istud pręceptum Diliges proximum, est iudiciale vel politicum: & sic carnales Iudæi diligebant. Alio modo potest considerari ad naturæ participationē, & sic proxim⁹ dicitur omnis homo, & tūc diligere proximū est pręH I

ceptum naturę. Eccli. xiij. Omne animal diligit sibi simile. Vñ. Quod fieri non vis alijs fecisse caue bis. Tertio modo quãtũ ad figurã siue imaginẽ quã gerit, & tũc omnis homo est proximus, quia cõsignatus imagine eadẽ, redẽptus p̃cio eodẽ, & cõmercio productus ab eodẽ patre, & tũc est p̃ceptũ gratiæ:
K diligens proximũ. ¶ Item si salutaueritis. Salutare est salutẽ alteri implorare. Vnde Glossa dicit ꝙ salutatio est species oratiõis. Item si diligitis amicos &c. nam ex amicoꝝ dilectione nullã homo cõsequit̃ mercedẽ inquantũ diligit, licet posset cõsequi ex causa propter quã diligit. puta ꝓpter deũ ex dilectiõe meritorũ: tales enim nõ possunt diligi nisi ex charitate. Glossa. Et aduerte ꝙ duo sunt opa iustitię pfectę, scilicet declinare a malo, & facere bonũ, vt dicit̃ in Psal. Gregorius. Minus est mala non agere nisi quisq̧ studeat bonis operibus insudare. Vñ de illis qui bona nõ faciũt, disceptabitur in iudicio. Matth.
L xxv. Esuriui, & nõ dedistis mihi &c. Est tamen aduertendũ ꝙ nos quadruplicẽ habemus inimicũ: & quilibet illoꝝ odiendus est in gradu suo. videlicet peccatorẽ qui est declinãdus sagaciter. Eccli. xij. Nõ credas inimico tuo ĩ ęternũ. Prouer. j. Fili mi si te lactauerint peccatores &c. Inter hos cõputãtur parentes & fratres Lucę xiiij. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ &c. nõ potest meus esse discipulus. Nota. Gregorius ibi. Quasi p odiũ amat̃ &c. Diabolum qui est impugnãdus viriliter, videlicet quia nũq̃ cum eo debes inire fœdus. j. Pet. v. Aduersari⁹ vester diabolus tãq̃ leo rugiens &c. cui resistite fortes in fide. Hoc dicit, quia vt ait Ioannes. j. Ioã. iiij. Nolite omni spiritui credere. Mundum qui est contemnendus & spernẽdus totaliter. Iacobi. iiij. Si qs vult amicus esse seculi hui⁹, inimicus dei ꝯstituit̃.

Carnem seu corpus.& iste inimicus est opprimen=
dus & salubriter macerandus & pœnaliter. Hester
vij.Inimicus noster pessim⁹ ipse est Aman &c.Nar
ra historiã.Aman est corpus vel caro nostra.Inter=
pretatur em̃ opprimẽs vel coangustans.Apostolus
Ro.vij.Infelix ego homo,quis me liberabit de cor=
pore mortis huius &c.Mardocheus est spirit⁹:in=
terpretatur enim amara cõtritio:& ipse amare de=
bet conteri & conteritur propter peccatũ.Psal.An=
xiatus est sup me spiritus meus.Hũc igit spiritum
Aman id est caro extinguere nititur: accipit lignũ,
id est pniciosam peccati delectationem: quę nõ facit
fructũ vitę,sed solũ est esca ignis.Hiere.ij.Sub omĩ
ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Nota,
lignũ nõ dicit nisi quãdo est pcisum,& hoc bene acci
pitur de domo Aman,quia tentatio de carne & dele
ctatio,sed quid faciẽdũ est?Hester q̃ interpretatur p
parata:intelligit anima,quę se pparat vt sit sponsa
Christi.Apoc.xix.Vxor agni pparauit se.debet etiã
duci ad Assuerum,qui beatitudo interptat,id est ad
deũ,quia hęc est vita æterna: ideo debet ad eũ ire p
humilẽ supplicationẽ:mitigare eũ p deuotionẽ,ppa
rare se p cõfessionẽ, implorare eũ p orationẽ, & ab
eo petere hostis extinctionẽ qui est inimicus gentis
Iudęorũ.Ad Galat.v. Caro cõcupiscit aduersus spi=
ritũ . & tunc debet suspendi p macerationẽ pœnalẽ
in ligno.s.pœnitentię: vt qd fuit sibi causa delecta=
tionis sit sibi flagellatio castigationis: & tũc Aman
id est corpus moritur peccato:& Mardocheus id ẽ
spiritus viuificatur.ad Ro.iiij.Si spiritu facta car
nis mortificaueritis viuetis.❡Sequitur.Attendite M
ne iustitiã vestrã faciatis &c.vbi Saluator aliqd sup
ponit, scilicet ꝙ debemus opa iustitiæ exercere, sed
imponit nobis modũ.Est aũt iustitia qua redditur

vnicuiq; qđ suū est. & ideo nomine iustitię potest intelligi oīs actus virtutis. maxime q se extēdit ad alterū. Et ideo ieiuniū est actus iustitię: quia p ipsum homo impēdit corpori castigationē vt menti non

N resistat. Similiter eleemosyna est actus iustitię: qa implorāti est debitū subuenire. Similiter debet pximo dilectionē etiā inimico, sicut superius dictū est &c. Specialiter autē facit mētionē de eleemosyna: ad quā faciendā nedum diuinū pceptū, verūetiā naturalis ratio nos inducit. Similiter etiā cōmodū tēporale. Eleemosyna em̄ nō solū animę confert medicinā, verūetiā tēporale lucrū procurat. vt de hoc habemus exēplum naturale. Videmus em̄ q aqua putei si frequēter hauriatur suauior efficitur quo ad gustum: similiter pulchrior redditur: vlterius viuacius scaturit, nec ex tali haustu minuitur, sed augetur. Q si nō hauriatur sordescit, & quodāmodo marcescit: venarum etiam fluxus ppeditur. sic eleemosyna cum de puteo diuitiarum hauritur, reddit ipsas puriores quo ad conscientiā, sapidiores quo ad interiorem gustum: facit ipas diuitias multiplicari, quæ a mari diuinę exuberantiæ sunt plenæ, & per occultā dei prouidētiā quasi p abscōditas venas

O hominibus largiunt. Sed aliqui sunt de genere vulturis, cuius natura est alōge odorare cibū & odorē velocius imitari: & quanto plus senescit, tanto plus eius rostrū amplius obliquat. Prędā insup quā accipit alijs auibus nō cōicat, sed qđ comedere nō pōt reponit in nido, intātū vt idē cibus putrefiat: sicut facit auarus. Odoratus em̄ pcul lucra & odorē lucri festinat, & q̄ lucratur alijs nō cōicat, sed reponit in nido, quia filijs ea reseruat, & interdū corrūpuntur, dū scilicet p filios inutiliter ꝯsumunt quę caute fuerant conquisitę per patrem.

Sabbato in capite Ieiunii: seu Dominicę in.XL.



Onfidite, ego sum, nolite timere. A
Marc.vj. Gratia dei habet confortare & animare contra tepiditatem ibi. Cõfide. roborare contra debilitatem. ego sum. se curare contra timiditatem. Nolite timere. Cum se ro factum esset erat nauis &c. secundũ ꝙ ait beatus Gregorius. viij. Moral.c.xliiij. exponens illud Iob vij. Visitans eũ diluculo &c. Si post virtutũ mune= ra animus nulla tẽtatione cõcuteretur has habere a seipso gloriaret. Visitat igitur eũ dñs suæ benefi= cio gratię: & subito in certamine ipm ꝓbat: nec ta= men tentatum: sic eũ exponit vt in tẽtatoris mani bus derelinquat: quinimmo vt ibidẽ dicit lib.ij. sta tim post cõmissionẽ molestiæ seu pugnę comitatur pro tentationis custodia. Et licet de hoc habeamus exempla in scriptura q̃plurima, hoc tñ protestatur euangelium hodiernum, quemadmodum superius dictum est. In ipso nãq; instruimur sub figura labo rantium in mari, quibus affuit dominus cõfortãs eos, & de periculis eruens: qualiter nobis in exerci= tio & labore pœnitẽtiæ positis debemus sperare p̃= sidium & tutamẽ. Et tangunt quattuor in serie prę sentis euãgelij. Primo ortũ periculũ iminẽtis nau fragij. Cũ sero. Scd̃o gratũ solatiũ assistẽtis p̃sidij. Et circa quartã vigiliã. Tertio celsum ꝓdigiũ euidẽ tis miraculi. Et cessauit vẽtus. Quarto diuinũ irrĩ guum conferentis suffragij: Et percurrentes.

¶Tangit primo piculũ in quo fuerũt disci puli: & ponit euãgelista. vj. q̃ erãt causa magni picu li, vcꝫ aeris obscuritatẽ, quia sero. Maris tẽpestatẽ

quia mare ventis turbatum. Portus distantiam quia in medio mari. Ducis absentiam: quia Christ⁹ qui est ductor in terra remãsit. Laború pœnalitatem: quia erant laborantes in remigando. Ventoꝝ improbitatem: quia erat eis ventus contrarius.

B ¶Moraliter mare est mũdus. Nota sicut in mari sunt infinita monstra: sic mundus producit multa monstra dum in eo homines turpiter formantur: vt quidã tm̃ manum .i. opus in eo amittunt, multi oculũ id est intẽtionẽ ad temporalia cõuertẽtes: quidam sunt sine capite scꝫ Christo nequiter viuentes. Item sicut in mari cõtinue est motus, sic in mũdo vana gloria: & sicut mare corp⁹ mortuũ reijcit sic illos qui sunt in mũdo mortui mũdus non recipit sed abijcit & repellit. Vnda est ꝑsecutio siue variabilis status mũdi, quo nũc deprimitur, nũc erigitur, nũc illiditur hic, nũc ibi &c. Psal. Mirabiles elationes maris. Ventus tẽtatio. Iob. j. Ventus vehemens irruit &c.

C ¶Nauis duplex etiam inuenitur. Lucę. v. Vna Ioannis: & hæc signat innocentię vitã quæ accipitur in baptizãte. Alia est Simonis Petri: & hæc est pœnitẽtia. Petrus enim agnoscẽs, Simon obediens, illum signat qui se obnoxium domino recognoscẽs ad obedientiã dicit cum Paulo. Actuũ. ix. Domine quid me vis facere? Istis duabus nauibus vel altera oportet omnem hominẽ transfretare ad pœnitentiã nisi velit submergi. Psal. Illic naues pertrãsibũt. s. hę duę necessarię nobis in sero id est in tenebris huius mũdi. De prima quę est Ioannis. Psal. Non priuabit eos qui ambulãt in innocẽtia. Nam nauis Simonis Petri facit ad portum propinquare. Mat. iij. Pœnitẽtiam agite, appropinquat enim regnum cælorum. De hac igitur naui pœnitentiæ Sap. xiiij. Exiguo ligno credunt homines animas


ſuas. Nota exiguo: quia parua eſt pœnitentia reſpe ctu peccatorum quę cõmiſimus; tormentorũ quæ meruimus, laborũ quę pro mũdo toleramus, præ miorũ quæ expectamus. ¶ Sũt igitur duę naues. ſ. innocentię & pœnitẽtiæ. Et aduertendũ ꝙ ex ſecun da peruenitur ad primã. Sapiẽ. xiiij. Spes orbis ter rarũ ad ratẽ cõfugiẽs (id eſt ad pœnitẽtiã) ſi remiſit ſeculo ſemen natiuitatis ſuę. i. innocẽtię in qua crea ti ſunt: ad hãc redeũt & reuertunt. Per hãc igitur nauẽ pœnitentiã debemus intelligere: quæ omnino nobis neceſſaria eſt, ſero id eſt in obſcuritate huius mũdi ſi a mari peccatorum nolumus abſorberi. Actuũ penultimo. Niſi in naui manſeritis ſalui fie ri nõ poteſtis. Et ideo Sap. x. Cum aqua (id eſt vana delectatio) deleret terrã, id eſt ſubuerteret habentes terrenos affectus, ſanauit iterũ ſapientia. ſ. increa ta quæ nobis de ſalute voluit prouidere: per contẽ ptibile lignũ. i. per pœnitẽtiã quę a multis cõtẽnit. ¶ Sed aduertendũ ꝙ iſta nauis quandoqꝫ ducitur Aura diuinæ inſpirationis. D E
Impellitur vnda mundanæ perſecutionis.
Graditur remo meritorię operationis.
Trahitur per exempla ædificatoriæ informatiõis.
Erant igitur diſcipuli pœnitentes in hac via & la borabant in remigando, quia opus pœnitẽtię labo rioſum eſt: ſic omis virtus eſt circa difficile. Ratio autẽ laboris erat, quia ventus id eſt dęmonis tenta tio erat eis contrarius: ſed ſic laborantibus diuinũ ſubſidium non defuit: ideo dicit euangeliſta ꝙ quar ta vigilia noctis venit ad eos. ¶ Quattuor vigiliæ noctis quattuor ſunt tẽtationum modi: in quibus debet homo ſollicite vigilare: quas tangit Gloſſ. ſu per Pſal. A ſagitta volante in tenebris &c. Omnis enim tentatio vel eſt parua vel eſt magna. Iterũ vel F

est occulta vel est manifesta. Si parua & occulta sic est sagitta volãs, negotiũ perambulãs in tenebris. si parua & manifesta, sic est sagitta volãs in die: volat quidẽ quia leuiter transit in die, nota quia manifesta. si magna & occulta sic est icursus: si magna &
G publica sic est dęmoniũ. Vel aliter: quattuor vigilię quattuor sunt cõsideratiões cõtra quattuor dęmonis tentationes. Tentat enim per viam amoris, laboris, torporis, pudoris, vt homo experiatur inexpertus. Hieronym⁹. Dulcius esse putat qđ nescit: & hęc est sagitta. Secũdo tẽtat, vt hõ dimittat bonũ iceptũ. Vel tẽtat q̃si sit difficile cõtinuare, vel apponit impedimentũ. Tertio ne seipsum affligat humilitate vel ieiunio, immittit talibus timorem ne in oculis aliorũ vilescant. Quarto vt bonũ differant, spem vitę proponit. His igitur pœnitens laborat: sed si vigil p̄manserit subsidiũ sibi conspiciet adue-
H nire diuinũ. Nota ꝙ anchorę hui⁹ nauis sunt spes quæ firmat nauẽ nostram ne agitemur fluctibus. Ad Heb. vj. Firmissimũ solatiũ habemus q cõfugimus ad tenendam propositã spem. Has anchoras debemus ponere tempore tentationis. Actuum penultimo. Timẽtes ne in aspera loca inciderãm⁹ de puppi mittẽtes anchoras quattuor optabant diem
I fieri. Aspera sunt loca inferni, puppis est finis vitæ ad quã debet homo accedere, quattuor anchorę quadruplex spes, diuina misericordia p̄ueniente, concomitãte, subsequẽte, & glorificãte. Quotquot autẽ tã-
K gebant fimbriã &c. Nota Christi duplex vestimentum. s. humanitatis: quod primo fuit candidũ per puritatem & innocentiã. Matthęi decimoseptimo. Vestimenta eius facta sunt alba vt nix. Postea fuit purpureum quo scilicet regnauit a ligno. Esa. lxiij. Quare ergo rubrum est indumẽtum tuum? Aliud

vestimentum virtutum. Apocalypsis .j. Vestitum podere. Prima vestimenta non possumus tangere, quia ad eius innocentiam vel patientiam non possumus peruenire. Vnde non dicitur hic ꝙ tangeret Christi ossa.i. fortitudinem,patientiam,& cōstantiam in passione:nec eius carnem,id est munditiam natiuitatis & conceptionis, quia impossibile est ad has peruenire. Similiter vestimenta virtutum & conuersationis eius non potest aliquis attingere,sed solum aliquid de extremitate:& illud optime sufficit ad vitam æternā. ¶ Circa huius euangelij moralitatem debemus.v.attendere. L M

Quis iussit hoc mari ꝙ sic perturbatur.
Quis sit iste motus qui sic tranquillatur.
Quæ sit ista nauis quæ sic agitatur.
Quis & ille portus ad quem applicatur.
Quisnamq; sit tactus quo quisq; sanatur. Mare mundus est & periculosum: quia Ecclesiastici.xliij. Qui nauigant mare narrent pericula eius. Nauis duplex,scilicet Ioannis & Petri,id est innocentia & pœnitentia. Vnde deponendę sunt & abijciēdę merces,pro quibus homines submerguntur.

Dominica Prima Quadragesimę.Ser.I.



Ominū deum tuū adorabis.Matth.iiij. Quoniā tā auditoribus ꝙ pdicatoribus verbi diuini est necessarium subsidium diuinę gratię,idcirco ad ipsam implorādam in verbo proposito dñs nos hortatur ostendens ꝙ ad ipsam imploe A

randam & postulandā tria singulariter nos indu=
cunt, quę sunt gratię largitiua, videlicet
Eminentia potestatis, & excellentię. ibi. dominum.
Refulgentia claritatis & sapiētię, ibi. deum. i. clarū.
Affluentia bonitatis & complacētię. tuū adorabis.
B ¶ Ductus est Iesus in desertum a spiritu &c. Teste Chrysostomo sup Matth. Homilia. iij. in minori, pœnitentia, cuius typus, est volūtatis emēdatio nō naturę. Istud autē dictum potest probari ex hoc ꝙ Saluator noster qui hanc pœnitentiā docere venit exemplo ac verbo, naturā infirmam assumpsit, nec ipsam pœnitentiam quā tenuit arctam emēdauit. Nota Petrum Damianū in Sermone sanctę Colūbę, qui dicit ꝙ huius mūdi homines qui victorias appetūt, cum bellū ingrediūtur, mollem carnem & qđ debile est, tegūt armoꝝ duritie: ecōtrario Saluator fortitudinē suæ diuinitatis intus occultauit & circūuelauit: carnem infirmā quā assumpsit, induit
C cōgressurus cum hoste. Est igitur pœnitentia vt dictum est, voluntatis emendatio non naturæ: licet sit naturę transmutatio de morte ad imortalitatē. Q3 si per ipsam voluntas nō emēdatur, nō est defectus ex pte ipsius pœnitentię, sed potius quia debito modo nō seruatur: vt sibi debitum fructum afferat. Modus qui circa ipsam tenēdus est, ostēditur in euangelio hodierno, vbi ostenditur ꝙ est necessarium ꝙ ipsa radicetur in cordis synceritate, vt tūc quādo Iesus fuit baptizatus. Roboreť carnis asperitate. ibi. ductꝰ. Cōprobetur ingressus synceritate ibi. & accedens ad eum, cœpit dicere. Cōsummeť in gustus suauitate: ibi. & accedentes angeli. Dic historiā hoc ordine. Primo de baptismo Christi qui confessionem signat Lauamini. Secundo de introitu in desertū vbi ieiunauit. Esa. j. Et assigna rationes de

ieiunio,quare tāto tēpore. ¶ Nota ꝙ prim⁹ homo fuerat a deo separatus in loco amœnitatis & affluētię,quia in horto delitiarum.ideo Christus intrare voluit locum asperitatis, sterilitatis, & indigētię.s. desertum. Nota si vis intrare desertum,laua cōsciētiam tuā,& statim spiritus ducet te per Iordanem. Dic ergo ꝙ duo sunt aduertēda,videlicet primo qd faciendum,quia baptizari & ablui. Secūdo vbi,quia in Iordanis aqua,id est in confessione. Congrue aūt per Iordanē accipitur confessio. Est em̄ Iordanis fluuius qui diuidit terrā promissionis & populū dei ab Arabia,quæ occidentalis & insidiatrix interpretatur,& sunt dęmones. Item ꝓbuit iter filijs Israel: vnde aquę superiores steterūt,& inferiores non fluxerunt,quia peccata ꝑterita rapiētia hominē cōfessio fugat, & futura sistit. Item ferrum qd dilapsum in profundum fuerat,potuit retinere,sed noluit,quia ad verbū Helisei supernatauit.iiij.Reg.vj. Sic hominē crudelē & durū confessio,& pœnitentia de ꝓfundo iniquitatis ad verbū sacerdotis,qd est verbū dei,eripit & ad superiora ꝑducit. Item componitur ex duobus fontibus,quoꝝ vnus dicitur Ior,& alter Dan: sic pœnitētia a duabus naturis in Christo sumit exordium,id est efficaciam & virtutē. videlicet a diuinitate & humanitate eius: ab vna effectiue,& ab altera meritorie. D E

Dñica.I.Quadragesimę. Sermo.II.

DVctus est Iesus in desertū a spiritu. A Matth.iiij. Prędicatio diuini verbi reqrit sciētiā & sapiētiā. Eccli. xviij. Anteq̄ loquaris disce. Sapientia autē & scientia requirūt meditationē. Est em̄ meditatio mater scientię,vt ait Hugo de arca mystica. Meditatio autē solitudinē reqrit.

B Sedebit solitari⁹ & tacebit, qa leuauit se sup se. vt dr Thren. iij. Vn Phus. vij. physic. Sedēdo & quiescēdo fit aīa sciēs & prudēs. Ad hāc aūt sollicitudinē sine gratia diuina homo peruenire non potest. Nam & ipse Saluator ductus est in desertum a spiritu. id
C circo pro gratia īpetrāda &c. ¶Ductus est Iesus in desertum a spiritu. Quanti fructus & quātae vtilitatis sit poenitentia quae hodie inchoatur, satis innuit beatus Augustinus in libro de poenitentia sic dicens. Poenitentia lāguores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat. Claudis gressum, surdis auditus copiam, caecis restituit visum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem nutrit & roborat. Et intelligi debēt verba praemissa moraliter. Nam homo incurrit per peccatū languorem quātum ad intemperiem virium, leprā quātum ad deformationem naturę, mortem quantum ad extinctionem gratię, infirmitatem quantū ad inclinationem ad peccatum, obliquitatem quantum ad effectum, ariditatem quantū ad carentiam deuotionis, cuius humorem exsiccauit ardor mali desiderij, qui tanq̄ calor febris consumit humidum radicale: cęcitatem quātum ad intellectū, in quo peccatum generat vitiorum monstra, virtutum cōfusionē, mentis instabilitatem. Ideo dicit Augustinus
D Poenitentia. vt supra &c. ¶Est enim poenitentia tā q̄ spiritualis medicina, & salubris remedij fructus ac radix. Attamē sicut medicina debito priuatur effectu, nisi pręmissa dispositione sumatur & diligenter custodiatur: sic recte poenitentia fructum nō affert nisi debite assumatur. Oportet nāq; ipsam habere quattuor conditiones quantū ad pręsens sicut superius dictum est. Nam oportet q̄ inchoetur & radicetur i cordis synceritate. Esa. liij. Exite de me

ctio eius.i.peccati,& mũdamini qui fertis vasa dñi. Ambrosius de arca Noe. Principium medicinę est causam doloris & lãguoris icidere,ne diutius ea q̃ nocent ad incrementum ęgritudinis ministrentur. cessante enim incentiuo culpę atq; delicti,simul tutus atq; indefessus vigor animæ se transfundit.

E ¶ Nota,qui apponit vnguẽtũ supra vulnus,prius ipsum vulnus abluit & stringit,sic tamen in proposito vt roboret in carnis asperitate. Ad Hebrę.xij. In disciplina perseuerate. Vobis enim tanq̃ filijs offert se deus.q; si extra disciplinam estis,cuius participes facti sunt oẽs, ergo adulteri & non filij estis. Vt approbetur in sensus sagacitate. Prouerb.xvij. Sicut in igne probatur argẽtũ, & aurũ in camino, ita corda probat deus. Vt cõsummet in gustus suauitate. Ad hãc nos Saluator inuitat. Matth.xj. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis: & ego reficiã vos. Deutero.xij. Lętaberis & reficieris corã dño deo tuo in cũctis ad quę extẽderis manũ tuã.i. quę ope implere studuisti. Volens igit̃ beatus Euãgelista ad salubrẽ pœnitẽtiã quẽlibet inducere, hortat̃ ad sui Saluatoris exẽplar ex quattuor p̃missis in euãgelio hodierno,vz ad diligẽter expiãdũ laboris inquinationẽ.ibi. Ductus est Iesus. Ad patiẽter portandũ carnis castigationẽ.ibi. Et cũ ieiunasset. Ad prudẽter ferẽdũ hostis ĩpugnationẽ:ibi. Tũc accessit ad eũ. Ad afluẽter ĩpetrãdũ mẽtis recreationẽ:ibi. Et ecce angeli minist. Dicit igit̃ tũc Euãgelista:tũc.s.cũ p̃mũ extitit a Ioãne baptizatus: p̃misit em̃ ad literã ei⁹ ieiunio, baptismũ Christi. Sic moraliter debem⁹ pœnitẽtię nrę,mẽtis ablutionẽ p̃mittere:q̃ fit p̃ cõfessionẽ:in q̃ hõ nr̃ ĩterior baptizat̃ a Ioãne.i.a diuina gr̃a. Hiere.iiij. Laua a malitia cor tuũ Hierl'z,vt salua fias. Vsq;quo morabũt̃ in te co

gitationes noxię? Stultū quippe est hospitio eos retinere qui omnia furētur, dissipent, & exterminēt. tales autem sunt noxię cogitationes. Sap. j. Peruersę enim cogitationes separant a deo. Purgata autē per cōfessionem cōscientia, offerre debemus deo in ieiunio & fletu de corpore nostro sponte oblationem mundam & acceptabilē. Hanc autē oblationē & lotionē pręceperat deus. Leuit. x. vbi sic dicit. Homo (.s. qui ratione & notitia illustrat) qui obtulerit (scꝫ libere & sponte, nō vendiderit intuitu alicuius cōmodi tēporalis. Psal. Voluntarie sacrificabo tibi. Deute. xvj. Oblationē spontaneam offeres iuxta benedictionē dei tui.) ex vobis hostiā. i. carnis & corporis macerationē: pro æternis. Apostolꝰ. Obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra hostiā sanctā &c.
G Nota hostiā: quia ab hostibus vsurpatā. vocabatur nāqꝫ antiquitus apud gentiles hostia, quia dabatur & immolabat vt daretur & immolaretur de hostibus victoria. Victima autē offerebatur post victoriā: nā Victima quæ cecidit dextra victrice vocat. Sed apud Iudæos vocata est hostia quia ad ostium atrij sacerdotis deducebatur: vt primo de illa iudicaret sacerdos vtrū esset idonea ad immolandum. Secundo quia ad ostium tabernaculi immolabatur victima. Nota ꝙ victima inducebatur deo, nō mūdo vt hypocritę vel dęmoni. Iohe. ij. Sacrificiū & libamen dn̄o deo nostro. De bobus in quibus opera misericordię, & ouibus in quibus opera innocētiæ si fuerit holocaustū, id est si ex integro feruore fiat. Holocaustū enim dicitur ab holon quod est totū & cauma quod est incendiū quasi totū incēdium. Erit masculū. i. nihil fœmineę mollitiei habens & fragilitatis: immaculatū, quia nō cęcū sinistra intentione, nō claudū curua affectione, non scabiosum, non

permixta trãsgressione. Item sine macula scз hypocrisis & vanę glorię offeret ad ostium tabernaculi testimonij. Primo quidẽ offerebatur ad ostiũ atrij sacerdotij, & tunc sacerdos iudicabat vtrũ esset idonea hostia. Ostium atrij sacerdotũ est cõsciẽtia, quæ dat testimoniũ operibus. nam sacerdos & filij eius sunt scđm Origenẽ mens & sensus eius. Ad placandũ dominũ, ad literam. Ponetq́ super hostię caput manus. i. initium bonæ cogitationis: vt statim sequatur perfectio operis: apponet similiter qui offeret illud holocaustum. s. sacerdos & filij, mens & sensus: ad ostium tabernaculi. i. immunitatem ecclesię quæ est ostium pœnitentiæ; & hoc detracta pelle. i. amota quacũq́ peccati palliatione vel velamine excusationis: artus ostię in frusta cõcident. i. omes sensus subtiliter discutientur. Caput autẽ. i. mentem & cuncta, quę iecori adhęrent, id est interna desideria igne. s. cõtritionis cõburẽt: intestinis. i. ĩ abditis cogitationibus in quib⁹ fęces includũtur: & pedib⁹. i. actionibus siue gressibus quibus pulueres adhęrẽt, lotis aqua, pœnitẽtię. s. & lachrymarũ: in holocaustũ & suauẽ odorẽ dño. i. tunc erit odor suauissim⁹ dño. Geñ. viij. Odorat⁹ est dñs odorem suauitatis. Igitur hãc oblationem & lotionẽ pręceperat deus. Hãc insuper in figura Susanna sancta illa seruauerat. Daniel. xiij. Quæ noluit castitatẽ pseruatiua. s. pœnitentiã apponere nisi prius præmissa lotione. Vbi attende q̃ hęc Susanna deuotã animam nobis significat multiplici ratione, quadruplici tñ quantũ ad pręsens. Primo quia desponsata generosa arra dñali vel subarra: quia nata generose. & ideo dicit q̃ erat vxor Ioachi. Expone quomodo Ioachim. i. dño pręparatus vel dñi resurrectio signat Christũ. Venustata gratiose: & decorata speciose forma sin- H

gulari. Et ideo dicit ꝙ erat pulchra nimis. Et hīc dicas quomodo hāc pulchritudinem cum honestate viro suo cui illam dicauerat studebat obseruare: & idcirco ingrediebatur pomarium pœnitētię, vbi plantantur bonę plantę: & vnde extirpantur hęrbę malæ: & inseruntur hęrbę bonę & fructiferę. In hęrbis imbecilles, in arboribus fortes ad pœnitētiam intellige. Licet per hoc pomarium possit intelligi diuina prædicatio: vtrunque tamen est vicinū domui, quia coniunctum ecclesiæ. Ingrediebatur autē istud pomarium cum duabus puellis claudens super se ostium vt lauaretur & inungeretur contra æstum &c. Impugnata bellicose sine noxa criminali: & ideo duo iniqui senes, ecce vir. Liberata virtuose palma triumphali: ideo dicitur, Erat vir habitans in Babylone: ad literam in confusione mundi habitans: attamen electus: cui nomē Ioachim, id est Christus præparatus domino. Psal. Paratum cor meū deus &c. Item resurrectio domini: quia ipse est quē deus suscitauit a mortuis solutis doloribus inferni. Et accepit vxorem, animam quam in fide desponsauit, vt ex illa filios, id est meritorum opera procrearet, quæ notant gloriam & hæreditatem cælestem. nomine Susannam, quæ obtentus lilij interpretatur, quæ scilicet optime nitet candore puritatis, decore honestatis, honore sanctitatis ad modū lilij. Canticorum. ij. Sicut lilium inter spinas candet, redolet, & floret, sic &c. filiam Helchiæ i. a sancto proposito genitam, quę nihil pręter sponsum desiderat habere. Helchia pars dñi vel vendicatus dño dicit. Threno. iij. Pars mea dñs dicit anima mea. Numerorum. xviij. Ego dñs ero pars eorum. Pulchra nimis. tā in naturalibus q̄ in gratuitis. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Canticorum. iiij.

Et timentem deũ,& ideo p̄cauens omne malũ:quia in timore declinat oĩs a malo:vt dicit̃ in Psal.Iterũ ꝓcurãs merita. Eccl'i.ij. Qui timẽt dñm p̄parabũt corda sua dño:& in ↄspectu ipsi⁹ sanctificabũt aĩas suas.Prouer.vlti.Mulier timẽs deũ ipsa laudabit̃. Erat aũt Ioachim diues valde.ad literã, mecũ sunt diuitię & gl'ia dicit Christus.Psal. Gl'ia & diuitię in domo eius.Et erat ei pomariũ:videlicet ecclesia militãs tanq̃ paradisus voluptatis,vicinũ domui suę: quia ecclesia militãs vicina est ecclesię triũphanti.Et ad ip̄m confluebãt Iudęi.i.Christũ fide,opere,& ore cõfitentes.Psal.Introite portas ei⁹ in cõfessione.Eo ꝙ eẽt honorabilior oĩm:vꝫ cui p̄cise debet̃ honor. Timoth.j.Soli deo honor & gl'ia.Apocal'.vij. Benedictio & claritas & sapientia & gratiarũ actio &c. Hęc igit̃ Susanna ingressa est cũ duab⁹ puellis vt lauaret se in pomario.Pomariũ ẽ cõscientia ꝑpria:q̃ debet esse ortus cõclusus. Vnde istud pomariũ ẽ paradisus voluptatis. Nã ĩ ipso ponit de⁹ hoĩem &c. Hæ duę puellę sunt duę cõsideratiões quas debet habere aĩa secundũ Bernardũ.Debet eñ in se cogitare q̃ vilis sit in seipsa & q̃ p̄ciosa in cõspectu dñi. Vilis siquidẽ est ex seipsa.quia ad nihilũ iam reducta.Est eñ orta peccatis,offuscata tenebris, irretita illecebris,pruriẽs ↄcupiscẽtijs,obnoxia passiõib⁹, ipleta illusiõib⁹,prona semp ad malũ.Itẽ debet cogitare q̃ sit p̄ciosa in cõspectu dñi.Licet eñ vilis sit in seip̄a: est tñ magni p̄cij apud deũ:quia p̄cioso Christi precio & cõmercio redẽpta.Iob.vij.Quid est homo q̄a magnificas eũ:aut quid apponis erga eũ cor tuum? Vnde Bernar.Scio dñe quia vbi est thesaurus tu⁹, ibi est & cor tuũ.& addit.Quomodo o dñe nihil sumus,si thesaurus tuus sum⁹? Sic igit̃ cũ his duab⁹ puellis.i.cum hac duplici ↄsideratiõe ingredi debet I

Susanna.i.anima pœnitens:pomarium,id est conscietiã,ad lauandum se.s.per confessionẽ,& vngendũ per pœnitentiã:contra æstum vitiorum,& contra cul=
K parũ incendium. Et sequitur,quod ingressa dicit puellis quod afferrent vnguẽtum,& ostia pomarij clauderent.Consideratio propriæ fœditatis & nihilitatis, est illa quæ parat & adducit vnguẽtum pœnitẽtiæ:quæ sanat vulnus peccatorum:sed cõsideratio preciositatis,quod scilicet sit preciosa anima in conspectu dei,est illa quæ claudit ostia sensuũ,ne thesaurus dñi surripiatur. Et sic dicitur quod prius hæc sancta anima lauit se, & postea vnxit.Præmittendum igitur baptisma & ablutio per confessionẽ anteq̃ ponatur vnguentũ pœnitentiæ. Hoc igitur præmisso debet duci in desertũ: & hoc est quod dicitur: Ductus est Iesus. Ad literã Christus ductus est in desertũ a spiritu sancto. Vñ alius Euãgelista.s.Lucas dicit. Agebatur,cõpulsus.s.multipliciter. Hæc quidem ad inducendum: quære inferius. Sed moraliter nobis figuratur quod ad istud desertũ est

Aliquid propulsiuum.

Aliquid allectiuum.

Aliquid inductiuũ.Propellit autẽ nos fugienda pœnalitas tormentorum. Allicit appetẽda iocũditas gaudiorum:sed inducit & conducit nos intuenda proprietas creatorum & conditorum.De primo. Lucæ.viij.vbi dicitur quod discipuli cõpellebãtur fluctibus & tempestate,& idcirco clamauerunt ad Christũ qui dormiebat.& Lucæ.xiiij. Debiles & claudos compellite intrare. Vbi Gregorius.Qui huius mũdi aduersitatibus fracti ad amorẽ trahũtur dei, redeũt & compellũtur intrare.Mala eñ quæ nos hic premũt ad deũ accedere nos cõpellũt.¶ Nota,fluctus maris pisces
L allidunt,& ex suo motu reddunt meliores:& sic tribulatio amara,dum nõ sinit in voluptatibus vitã

quietā ducere, sed cōtinue agitat & affligit, puriorē reddit hominē a peccatis, & perfectiorem p patientiā, quā tribulatio operat. Vel aliter, nota multiplicitatē tribulationis, affectū bonū in vento. Ventus eñ borealis licet sit asper & frigidus, attamē indurat corpora: ita patiētiā acquirere facit tribulatio, poros claudit, deinde sensus exteriores frenat, humores purificat, & interiores affect⁹ puriores reddit, & spirit⁹ & sensus subtiliat, deinde ad cognoscēdum diuina confert, viā digestiuā adunat, dū charitatem inflāmat: virtutē retentiuā confortat: dū ad memorandum beneficia recepta excitat, vapores .i. tentationes fugat, mentē obnubilat, aeris pestilētiā sanat .i. mala exēpla corrumpentia destruit. De hac autē propulsione habemus figurā. Apoc. xij. vbi dicitur ꝙ Ioannes vidit mulierem quę clamabat ptu riens & cruciabatur vt pareret: & draco magnus stetit ante mulierē, quę erat paritura, vt cum pepe risset filium eius deuoraret: & mulier peperit filiū masculum qui recturus erat oēs gētes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad deum: & persecutus est mulierem quę pepererat: & datę sunt ei duæ alæ aquilæ vt volaret in desertū in locū suū: vbi alitur per tēpus & tēpora & dimidiū tēporis a facie serpētis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquā tanq̄ flumen vt eā faceret trahi a flumine. Et audiuit terra mulierē, & absorbuit flumē. Mulier hæc est anima: q̄ debet esse fœcūda, & sedula, & gratiosa. Prouer. xj. Mulier gratiosa inueniet requiem. Hæc clamat pturiens dū ingemiscit pro culpa ꝯmissa ad gratiā. Esa. xxvj. Ad faciem tuam dñe. quā. s. ad nos clementē vertis. Psal. Ostende faciē tuā & salui erimus. Concepimus p volūtatē, & quasi pturiuimus per delectationem, & peperimus spiritum salutis. M

spiritum vez timoris, qui est initium sapientię. Vn de bene dicitur hic, ꝙ peperit masculum quia timo rem sanctū & perfectū. Draco iste deuorare cupiēs est ille de quo. j. Pet. v. Aduersarius vester diabolus &c. Sed rapit vsqꝫ ad deū fili⁹ ꝑ tp̄s. i. vsqꝫ ad diuinā ꝓtectionē & defensionē. Mulieri dantur duę alæ. s.
N ieiunium quo corpus supleuatur ne animā depri= mat: & oratio qua mens siue anima ascēdit in deū. Hę duę alę vocātur aquilę ꝓpter sublimitatē perfe= ctionis. Iob. xxxix. Nunquid ad p̄ceptum tuū eleua bitur aquila? &c. propter agilitatē incessionis. pro= pter extētionem dilectionis. Aquila grādis magna rum alarū. propter ostensionē dilectionis. Deuter. xxxj. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, expandit alas suas &c. Dicūtur quandoqꝫ alę columbę propter puritatem. Psal. Quis dabit mi= hi pennas sicut columbę? Item propter donum spi= ritus sancti quod cōsecratur, aquila nos inducit. & hę sunt proprietates creaturarum quæ nos ad pœ nitentiam dirigunt & inducunt. Esa. xxxv. Hęc erit
O vobis directa via, ita vt stulti non errēt ꝑ illā. Attē dā ergo ꝓprietatē rerū, sed quātū ad p̄sens ꝓprieta= tes serpētis. de q̄ saluator. Estote prudētes sicut ser= pētes. Nota ei⁹ ꝓprietates secundū ph̄m & secūdū Auicēnā. s. de aīalibus & libro physicoꝝ, ꝙ serpēs se sentiēs morbo vel senio aggrauatū, pluribus dieb⁹ abstinet a cibo: sic peccator aduertēs pondus nequi tię & peccati debet actum peccati relinquere, & a ne cessarijs delectationibus abstinere. Hoc facit serpēs vt pellis a carne facilius relaxetur. i. conuersatio ve tus peccati separet ab animæ effectu. Deinde gustat herbam quandam amarā, & per hanc prouocatus ad vomitum eijcit venenum, quod fuit causa infir mitatis. sic ex amaritudine contritionis tangente

gustu, id est affectu interiori, debet per confessionem virus peccati emanare, Madefacit se sic peccator lachrymis &c. Vel debet aspicere diuinã misericordiam mollitiem contra rigorem timoris, deinde transit per foramen arctum, id est per asperam macerationem carnis, & sic deponit pellem, id est maledictionem culpæ, quam induerat sicut vestimentum, vel conuersationem culpabilem impendendo quæ incipit ab ore, quia debet homo detestari delectationem quam habuit in peccato. deinde ad oculos in quibus intentionis peruersitas: deinde caput, id est affectionem, id est delectationem quã habuit in peccando, vel in capite in primo motu, videlicet peccati. Deinde distenditur per corpus, in quo prolixitas ostenditur. Deinde postremo in cauda. in qua nota sequelam quãdo scilicet propter peccatum inde alia mala secuta sunt. vel propter malum exemplum datum, vel propter aliam causam. Completur autem (vt ait Auicẽna) hæc excoriatio vna nocte, in qua expulsio culpæ: & vna die, in qua restitutio gratiæ. Et nota ꝙ pręmittit diem & postea noctem, deinde ponit se ad solem vt virtute eius desiccetur, & noua pellis oriatur: sic debet anima ardorem diuinæ dilectionis attendere: & ex hoc se fortificare: & bonam & nouam cõuersationem sup induere: vt expoliando veterem hominẽ &c. Sic debet quilibet renouare vetustatem suam. Dirigit in sup te amygdalus. Eccl'i.xij. Florebit amygdalus, impinguabit locusta &c. Quãto antiquior est amygdalus tanto citius florebit: sic peccator quãto magis est in culpa tãto magis deberet florere i pœnitẽtia &c. Capus auis a capiendo dicit, qa cibũ capit & in cibũ cõuertit: sic peccator vel auarus debet se in eleemosynã cõuertere, & se omni petẽti tribuere.

De eodem. Sermo. III.

A DVctus est Iesus in desertum a spiritu. Matth. iiij. Tempus quadragesimæ est tẽpus belli, vt siqui hucusq; fuerint sub seruitute peccati & hostis, hoc sacro tempore excutiãt iugũ seruitutis, & hoste prostrato in pristinam resedeant libertatẽ. Vnde & Apostolus in hodierna epistola cõmemorans irriguum infundendum. s. diuinæ gratię, Ne inquit in vacuũ gratiam dei recipiatis: annuncians pręsidium assistendi. Ait enim. Tẽpore accepto exaudiui te & in die salutis adiuui te. notificans exilium fugiendum siue opprobriũ excludendum. Vnde ecce nũc tempus acceptabile: ecce dies salutis est. tandem insinuans cauteriũ adhibẽdum dicẽs. Nemini dãtes vllam offensionẽ. Verũ qa teste Vegetio de re militari, hostis meli⁹ dogmate. i. cautela q̃ viribus superatur: incauta enim multitudo ad cędem exponitur, vbi docta paucitas superat & triũphat: idcirco sancta mater ecclesia congressionis pericula cogitans, & attendens nihilominus hostium sęuissimorum astutiã & sagacitatem, potẽtiam & ferocitatem, suos bellatores & milites diligenter nititur pręmonere illa quę ad bellum faciunt.

B ¶ Vnde. aduertendũ ꝙ septem inter alia consueuerunt ordinate in bellis corporalibus obseruari vel ordinari. Primo nãq; eligitur dux siue capitaneus qui est ductor exercitus cõtra hostes. Est eñ (vt ait Philosophus. xij. Meta.) toti⁹ exercit⁹ principiũ & ordinis directio. Nam ordo totius exercitus a duce dependet: & duce subtracto omnia inordinate manẽt & confuse. Vnde dicit Iosephus de captiuitate iudaica ꝙ nefas apud Romanos vincere sine pręcepto ducis est. Attenditur autem in duce ꝙ

sit gratiosus, generosus, animosus, cautelosus, & vi ctoriosus. Gratiosus inquã vt sic milites alliciat & ex hoc diligatur. Generosus vt reuereaẽ ne alij vere cũdentur qui militant sub ipso Animosus ne sit pa uidus: sed in repẽtinis sit persistens & sciat populũ cõfortare. Cautelosus, quia sapientia ducis acies or dinãdo, victoriam administrat. Victoriosus & ex= pertus: vt.s. sit in bello bene fortunatus &c. Hoc fa= cit ecclesia in prima dñica quadragesimæ. Producit em̃ & proponit ducẽ gratiosissimũ Christum dñm, qui cũ esset innocẽs voluit adhuc baptizari. Item al tissimũ & nobilẽ, quoniã Iesum. Item cautissimum: quia nouit hostiũ versutijs optime obuiare: nã vt occideret mortem vestitus est morte. Item probatis simũ: quia inuasor est hostiũ. Vnde exiuit ĩ desertũ. Itẽ victoriosissimũ: qa nunq̃ succubuit, sed semp ho stes subiugauit & prostrauit. Secundo proponũt do natiua siue stipendia pugnaturis: sicut hacten⁹ ob= seruabãt Romani: vt patet in legenda beati Marti= ni. ¶ Ista stipendia ꝑducit ecclesia in secũda domini ca quadragesimę quãdo Christũ transfiguratũ indu cit, corpus discipulis, thesauros eis referantẽ, donũ supnorum. Tertio vero excludunẽ hostes siqui casu aduenissent. Nam qñ vna ciuitas vel vnũ regnum bellũ suscipit cõtra alios, omnes hostes expelluntur de regno. Hoc facit ecclesia in tertia dñica qñ intro ducit Iesum eijcientẽ dęmonium. Quarto victualia pręparanẽ ne bellatores fame deficiant. Hoc facit ec clesia in quarta dñica, quando introducit escę copiã multitudini pręparatam. Tunc enim pasti sunt il= li qui bellare debebãt. Quinto explicatur vox seu tes sera & eriguntẽ vexilla & acies ordinatur. Hoc facit ecclesia in dominica de passione: quando Vexilla re gis prodeunt, fulget crucis mysterium &c. Sexto sic

armati & ordinati & accincti procedūt ad bellum. Hoc facit ecclesia quando in festo Palmarum introducit Christum ducem armatum paupertate, humanitate, & mansuetudine, & hoc in equo suo, id est super asinam & pullum eius. Septimo, tandem obtenta victoria, hostibus effugatis, cum spolijs & triumpho reuertitur. Hoc facit ecclesia quando Christus victor ab inferis resurrexit. Vnde considerans ordinem hunc in ecclesia Salomon ille diuina sapientia superfusus, dicebat Canticorum. vj. Quæ est illa quę progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Vere vt castrorū acies ordinata: quia in ordine prouido cuncta disponit.

D Primo igitur proponit nobis ducem gratiosum, quia baptizatū: & ideo tūc generosum quia Iesum: animosum, quia hostes inuadentem, quia intrauit in desertum vt tentaretur a diabolo: cautelosum, quia cum accessisset tentator cautelis sciuit optimis obsistere: & tandem victoriosum, quia victoriam obtinuit de omnibus bellis. Hunc autem ducem vidit Ioannes in Apocalyp. sexto. Vidi & ecce equus albus. Ecce formositas equi, secūdum Glossam fuit Christi humanitas, cui diuinitas insidebat, quę fuit alba, quia baptizata, non vt munditiam in ea faceret, sed vt doceret. Et qui sedebat super eum, ecce nobilitas. hęc refertur ad diuinitatem. Dicitur autem super, ratione transcendentię: sed hoc dicit super q̄d tangit, ad figurandum vnionem. Exiuit vincens vt vinceret. Ecce animositas siue virilitas & strenuitas. Exiuit in desertum huius mūdi, ad quod ducit eum spiritus pietatis, vt quęreret ouem perditam. Et habebat arcum in manu, id est scientiam & doctrinam & scripturam in potestate & opere, vt

pri⁹ faceret q̃ doceret.ecce sagacitas. Nota hic quo modo ille arcus emittebat sagittas,id est sententiam scripturarum contra inimicum,& semper in omni iactu hostem enormiter verberabat vel vulnerabat quando dixit, Nõ in solo pane viuit homo &c. Sed aduerte ꝙ hodie prædicatores non vincunt, quia arcum id est scripturam non portant in manibus, id est in operibus,sed in ore. Antiqui autem philosophi portabãt eam solum in pectore sicut Venus demonstrauit Aneę in Aphrica prope Carthaginem &c. Et data est corona.ecce victoria &c. ❡Ductus est Iesus in desertum a spiritu &c. Ad literam istud est desertum quod est inter Hierusalem & Hiericho: vbi ille Lucę decimo,incidit ĩ latrones:& vbi Adam mystice vulneratus fuerat: vt hostis ille vinceretur. Moraliter videndum est quid est illud desertum,& a quo spiritu illuc duci debeamus. Desertum autem in sacra scriptura multipliciter, tamen septupliciter quantum ad præsens dicitur. E

❡Primo desertum cęlum,eo ꝙ ab angelis apostaticis extitit derelictuȝ, & istud est illud desertum in quo cælicus ille pastor.xcix. vniuersitatem angelorum reliquit: vt agniculam perditam, scilicet humanam naturam perquireret,ipsamq̃ suis humeris reportaret.Lucę secũdo. Dum.s.languores nostros ipe ꝑtulit in corpore suo sup lignũ crucis &c. F

❡Secundo dicitur desertum cor humanũ,quia derelictum est ab angelis & a bestijs.i.bestialibus cogitationibus inhabitatũ:& istud est desertũ Cades q̃d interpretat̃ fons iudicij: vel trãslata:quia in corde fit trãslatio de culpa in gratiã vel ecõuerso.Itẽ ibi ẽ fons.i.principiũ iudicãdi actiue vel passiue.de hoc ĩ Psal. Vox dñi cõcutientis desertũ & cõmouebit dominus desertum Cades.Hęc cõcussio & cõmotio fit

per verbum prędicationis: quādo ex pdicatione cō-
pungitur, & cōpunctū cōteritur. ¶ Tertiū desertū
dicit pœnitentia, tum quia in ipso deserūtur pecca-
ta, tū quia ad instar deserti debet ibi esse quies a tu-
multuātibus cogitationibus, asperitas vestitus, ari
ditas victus, &c. Istud est desertū in quo Ioannes. i.
existens in gratia cōmoratur, vestitus pilis came-
lorū, vt intelligamus in pilis austeritatē vitę, in ca
melis notemus scdm Gregorium. j. &. xv. Moral.
humilitatē cōuersationis. Camelus enī ad onera fe
renda se sponte subijcit, & signat illū qui onus do-
minicū sponte sumit. Huic camelo insidēs Rebecca
id est anima Christiana, de Aram. i. de mundana cō
uersatione ad sponsum suū Ysaac. i. ad Christum e-
cessit. Gen. xxiiij. Pręcinctus zona pellicea. i. carnis
mortificatione seipm castificans, comedēs locustas
& mel syluestre, vt intelligamus in melle dulcedinē
deuotionis, in locusta autē q aliquando volat alis,
aliquādo pedib9 graditur, scdm Gregoriū Moral.
xxxiij. sublimitatē cōtemplationis & sedulitatem.
¶ Quartū desertū est religio: in qua deseritur mun
dus p votū paupertatis, caro p votum castitatis:
voluntas actionis p votū obedictię. De hoc deserto
Cant. viij. Quæ est ista quę ascendit. s. de virtute in
virtutē: per desertū delitijs affluēs. i. virtutibus &
internis cogitationibus, innixa sup dilectū suū: qa
mundum perfecte relinquens, soli deo innititur.
¶ Quintū desertū dicitur crux Christi: in qua eo
derelicto oēs fugerūt, immo & hodie fugiūt. Vide
mus eum in cruce pendentē, & quasi subsannādo p-
transimus. In hoc deserto visus est & pater eū dere
liquisse quando clamauit Christus. Matthæi. xxvij.
Deus deus deus meus cur dereliquisti me? Istud est
desertum Ziph, qd interptatur florens, ferens scz

corpus floridum Christi Nazareni, id est floridi. Nulla em̄ sylua talē profert frōde, flore, germine. Vñ hic desertū floruit florido Christi & roseo sanguine tāq̄ rosis, Christi humanitate tāq̄ violis, mūditia & puritate eius tāq̄ lilio. In hoc deserto Ziph latuit Dauid.j.Reg.xxiij.i. Christi potentia: quia Baruch secūdo, abscōdita est fortitudo ei⁹. ¶ Sextū desertum est mundus, ab omni bono derelictus: in quo peregrinātur & affligūtur filij Israel, quia draco est adurens flatu supbię, Scorpio luxurię, dipsas auaritię. Deutero. viij. Quicquid em̄ est in mundo aut est concupiscentia carnis &c. j.Ioannis secūdo. G
¶ Septimū desertum est infernus, ab omni spe liberationis derelictus, quia in inferno nulla est redemptio. De hoc deserto dicit Iob.j. Ventus vehemens ruit de regione deserti. Ventus vehemens.i. fortis tentatio scd̄m Gregoriū, a malignis spiritibus suscitata: q̄ concutit angulos domus.i. stabilitatē conscientię in quattuor virtutū dispositione, & ipsam subuertit. Tot igitur modis potest accipi desertum in sacra scriptura. ¶ Nūc ad propositū, a quo spiritu debet homo duci, & in q̄d desertū istorum debet homo intrare? vtrū in vnū an in plura? Respōdeo & dico q̄ primo est distinguēdū de spiritu, sicut distinguit Esa. propheta .xlj. vbi ip̄m accipit septiformiter. Est em̄ spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus sciētię & pietatis, & spiritus timoris dn̄i. a quolibet autē istorum debet homo duci in vnū desertū p̄missorum. nam in primum desertum, id est cęlum debet homo duci a spiritu sapientię, per contemplationē cęlestium, vt nobis figuratum est Exo.iij. vbi dicitur q̄ Moyses minabat oues, id est sensus & synceras cogitationes ad interiora deserti, id est ad contemplationem gaudiorum H

paradisi: ibique vidit diuinam apparitionem: ibi au
diuit supernam allocutionem, ibi aspexit diuinam
incarnationem: ibique accepit sui populi diuinam li
I berationem. ¶ In secundũ debet homo duci a spiri=
tu intellectus, per considerationem & peccatorum
discussionem. Sic dicitur intelligere quasi intus lege
re. Hieremię secundo. Vide vias tuas in conualle, id
est in culpabili deiectione tui: scito quid feceris, scili
cet per diligentem discussionem, & intus in corde
tuo & in libro conscientiæ tuæ omnem vide iniu=
stitiam quam tibi cõscripsisti. Psal. Recogitabo tibi
omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.
De isto deserto habemus figuram. Genesis vigesi=
moprimo. vbi dicitur quod Hismaeli errãti apparuit
in solitudine angelus dei, aperuitque ibi fontem vt
biberet, quo recreatus factus est sagittarius & habi
tauit in deserto Pharan Hismael enim vir adiutus
interptretatur vel assumens exauditionem domi=
ni, & signat peccatorem qui a deo exauditur, & a di
uina gratia adiutus. Psal. Cum clamarem ad domi
num exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus
meis eripuit me. Huic deus fontem misericordiæ
aperit, & tandem habitat in deserto Pharan, id est
in corde frugifero: quia fruges meritorum a corde
oriuntur. Pharan frugifer interpretatur. & effici=
tur vir sagittarius, dum videlicet motus bestiales
insurgentes in corde venatur & insequitur, ipsosque
iaculat & perimit, sagitta dei salutis ꝯtra Syriam,
K videlicet contritione & detestatione. ¶ Tertium de
sertum est pœnitẽtia: in hoc debet homo duci a spi=
ritu consilij: quia pœnitentia de sacerdotis consilio
est habenda. Matthęi octauo. Ite & ostendite vos sa
cerdotibus. Et dicit vos non alios. Homo enim so
la peccata propria non aliena confiteri debet. De

hoc deserto Numerorum decimo dicit Moyses ad Heliab, aut Obab filium Raguel: Veni nobiscum, & noli nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Heliab interpretatur diuina paternitas: & sacerdotem merito præfigurat, qui pater est spiritualis. Raguel vero pastor. Est enim sacerdos pater populi, sed filius illius pastoris, qui dicit Ioannis decimo, Ego sum pastor bonus. Ad hunc spectat ducere populum per desertum pœnitentiæ, & designare loca vbi populus castra, id est stationes debeat collocare: puta superbi in valle humilitatis, desperati in monte fiduciæ, lasciui in loco aspero & austero: & sic de alijs. ¶Quartum desertum, id est religionis professionem ardua vita aggreditur: ideo talibus professoribus dictum est. Estote fortes in bello. nam nemo mittens manum ad aratrum &c. De hoc deserto primi Machabæorum secundo. Exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicens. Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, veniat post me. Et fugit ipse & filij eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descendebant multi quærentes iudicium & iustitiam in desertum, & sederunt ibi ipsi & filij, & mulieres, & pecora eorum. Matathias interpretatur donatus a domino vel donum, & signat virum iustum & religiosum, specialiter tamen religionis fundatorem vt beatum Franciscum: talis nanque ex speciali dono dei datus est Christianis ad liberandum de manibus inimicorum. Vnde humilis Franciscus intellexit se ad hoc missum a deo, vt animas lucraretur quas diabolus conabatur auferre. propter quod ipse tā-

q̃ alter Matathias destruxit aras mūdanę vanitatis in quibus peccatores dęmonib⁹ immolabāt: circūcidit per reuocationē ad vitę veritatem & puritatem illos qui habebant p̄putium peccatorum. Legē insuper abolitam operibus instaurauit. Hic igitur Matathias virū religiosum signat: qui habebat filios quinq̧.i.sensus, quos mundū fugiens ad montem perfectionis euāgelicę secū ducit. Reliquit in ciuitate hui⁹ mundi, quæ iniquitate & cōtradictione plena est, omnia quæ videbatur t̄ēporaliter possidere. Hunc igit̄ tanq̃ iustū & robustū pastorē & principem multi sequuntur descendētes per humilitatē vitæ, statuentes testamētum quod in mortuis.i.in abdicatione t̄ēporalium & abnegatiōe proprię voluntatis ex quibus homo moritur, suū firmātes propositū, in desertum.i.in religionē, quęrētes iudiciū sc; mūdi corporis & mentis facere, & iustitiā, & vitæ cōsequi perfectionem.

M ¶ In quintū desertum.i.in crucem debet homo duci a spiritu pietatis & cōpassiōis. Nā ad ipsa; curialiter inuitat nos. Thren.j. O vos oēs qui trāsitis p̄ viā &c. & Psal. Respice ī faciē Christi tui. ij. Macha.iij. Iā vero q̃ viderat vultū mēte sacerdotis vulnerabat̄. Facies em̄ & color immutat⁹ declarabat īternū animi dolorē. Circūfusa em̄ erat mœstitia quędā viro: & horror corporis: p̄ quē manifestus aspicientibus dolor cordis efficiebatur. Istud est desertū Sur. Exod.xv. q̃d angustia siue acerbitas īterpretat̄. vbi erāt aquę pœnalitati; amarissimę. de quibus filij Israel bibere non potuerunt quousq̧ verus Moyses lignū misisset in eas: & tunc in dulcedinē sunt conuersę, sicut patet in beato Andrea dicente. O bona crux diu desiderata &c.

N ¶ In sextū desertū.i.mundū debet homo duci a spiritu sciētię: vt.s. videat quomodo oporteat eū caute am=

bulare in medio nauis praue & peruersæ. Ephe.v. Videte quomõ caute ambuletis. Nã quasi vulpes in deserto prophetę tui Israel.Ezech.xiij.Et bñ qua si vulpes,quia omnia quæ sunt in mũdo tibi frau= dulenter ꝓphetãt:videlicet caro falsas delitias, mũ dus altas siue densas potẽtias, oculus vanas diui= tias.¶In septimũ desertum & vltimũ,scilicet in in O
fernũ debet homo duci a spiritu timoris, vt consi= deret ꝙ ibi(vt Matth.xxij.)erit flet⁹ & stridor dẽ= tium.Sic cõtremiscat pauore.Psal.Timor.s.animi & tremor.s.cordis,venerunt sup me. Malach.j.Po sui montes eius.i.superbiam rectorum & vanam fi duciam in solitudinem,& hæreditatem eius.i.por= tionem eius in draconem deserti.A quo igit̃ spiritu & ad qđ desertũ debeat qlibet duci:iã patet. Ductus igitur Iesus id est homo salutẽ suam sitiens, in de= sertum a spiritu:vt tẽtaretur a diabolo.Vbi vt,nõ tenetur causaliter sed cõsecutiue.Chrysostomus. Si post baptismum sustines tentationes nõ terrearis. Etenim nõ propter aliud accepisti spiritũ, non vt vaces sed vtq̃prelieris.¶Notat insuper hec Chryso P
stomus Homilia.vj.ꝙ spiritus q̃cito homo appre hẽdit ipsum nõ permittit vllatenus otiosum: quin ipsum secũ ad pugnã excitat cõtra hostes.Vnde hec est differẽtia,secundũ ipsum,inter filios dei & filios diaboli,quoniã filij diaboli nõ exeunt ad eũ vt ten= tẽtur sed poti⁹ ecõuerso:sed ad filios dei demon ve= nire nõ potest,ideo contra diabolum Christus ipse processit.¶Nota hic multa circa hec. Aduertendũ Q
ꝙ vbi Matth.dicit ductus est,Lucas ponit agitaba= tur.Marcus vero,cõpulit eũ spiritus.ad designan= dũ opera trinitatis.Aliter & moraliter:expulsio ad calamitates pertinet.Esa.xxvj.Domine in angustia quesierunt te,in tribulatione murmuris doctrina

tua eis, id est in afflictione quæ cogit hominem clamare. Osee sexto. In tribulatione sua mane consurgēt ad me. Mane, id est cito agi ad spiritū pertinet quem dominus inspirat homini. Ad Roma. viij.
B Qui spiritu dei aguntur &c. ¶ Sequitur. Cum ieiunasset &c. vbi ponit macerantem carnis asperitatem: circa quam est aduertēdum ꝙ sicut dicit Glos. Lucæ. xxv. Duplex est ieiuniū, scilicet speciale & generale. Speciale inquam quo a cibis corporalibus abstinemus: & istud secundum Gregorium. xxv. Moral. debet condiri obedientia: aliter nihil valet. Istud autem ieiunium, teste Ambrosio de ieiunio, est vita angelorum, culpæ mors, excidium delictorum, radix gratiæ, fundamentum castitatis. Et ideo ad idem ieiunium Ambrosius nos hortatur in Hexamero sic inquiens. Quæris medicinam & ieiunium fugis, quasi maius a deo remedium inuenire possis? Sputum hominis ieiuni si serpens gustauerit, moritur: vide quanta vis ieiunij, vt sputo suo terrenū serpētem inficiat, & multo magis spiritualem. Hæc Ambrosius. Hoc igitur ieiunio Christus ieiunare voluit quadraginta diebus &c. In hoc numero, tempore isto est ab ecclesia institutum, sed quare in hoc tempore, in die Cinerū
S dictum est, quęre ibi. Restat igitur quęrere quare in tāto numero, scilicet quadragenario. Vbi aduertendum ꝙ triplex est ieiunium generale ab ecclesia institutum, videlicet vigiliarum: & hoc correspondet vigilijs præcipuarum solennitatum quas populus offerre Hierosolymis tenebatur, quando debebant ad templum ascendere, nec ante conspectum domini vacui apparere. Istud autem ieiunium ecclesia statuit ad signandum ꝙ ad festiuitates quæ in superna patria celebrantur, non nisi

per abstinentiam & afflictionem debemus ascende=re:quia per multas tribulationes &c. Secundum est quattuor temporum. & illud correspondet primi=tijs quas populus Israel tenebatur offerre. Has pri mitias ecclesia non solum ad fructus, sed etiam ad tẽpus voluit ampliare, & ideo statuit ꝙ iuxta quat=tuor tẽpora anni, videlicet ver, æstatem, hyemem, & autũnum, quattuor temporibus homines ieiu=narent, & in qualibet vice tribus diebus iuxta nu=merum trium mensium in quolibet pręmissorum temporum contentorum. & sic sunt duodecim ieiu nia iuxta numerum tot mensium &c. Hęc Innocen tius in sermone, Tu cum ieiunas &c. Vbi hæc sunt verba eius. Præceptum fuit & mandatum in lege vt de omnibus primitiæ deo darentur. Habet igi=tur quattuor tempora annus, & vnũquodq; tem=pus tres menses: quod nos quattuor vicibus in an no sub ternario ieiunamus, videlicet tribus diebus in vnaquaq; vice ad gloriã trinitatis, quasi primi tias temporum deo reddentes. quod ieiuniũ in ve=teri lege pręceptum fuit sicut diximus: & obseruari iubetur. Zach. viij. Ieiuniũ quarti, & ieiuniũ quin=ti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit do=mui Iudę in gaudium & in lætitiam, & in solẽnita=tes pręclaras. Et ita erit nobis in sanctificationẽ & in dies solẽnes. Vnde nos eodem modo in Martio. in Iunio, in Septembri, in Decembri cõgrue sub ter nario ieiunamus. Licet tamen antiqui primitias ie iunauerũt: attamen illa ieiunia nõn fuerũt illa quę allegat Innocentius, nec illa erant ieiunia legis: sed introducta ex diuersis euentibus: vt ait Hierony=mus sup Zach. puta ieiuniũ quarti. s. Iulij, qa quar tus est apud Hebręos, ieiunant. xvij. die illi⁹ mẽsis ꝑpter victoriã sacrarũ tabularũ a Moyse: propter

peccatũ idololatrię ꝯmiſſuȝ a populo, & ſic de alijs &c. Ieiunabant etiã Iudæi in Kal. quę a colendo nũcupatę ſunt, quia illas colebant Iudęi, & tũc ieiunabant primitias. Qđ igitur dicit Innocentius de ieiunio quattuor tẽpoꝝ, nunq̃ inueniť in lege poſitũ. Item tunc nõ fuiſſet quęſtio prudẽs Saruſar & Raguelis, & alioꝝ proſelytoꝝ Perſarum, qui ob deuotionem ꝑfecta ieiunia obſeruabãt, quęrentiũ, vtrũ poſt vrbiũ reędificationẽ & populi cũ deo reconciliationem eſſent memorata ieiunia obſeruanda. nã ieiunia legalia ſicut & alia nõ erant ſoluenda, ſed ad implenda. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ eccleſia tradidit hæc quattuor ieiunia quattuor tẽpoꝝ ad quattuor humores, quibus in quattuor prolabimur vitia, temperãdos. Nam in vere dominať ſanguis quo hoĩes ad luxuriam ſtimulantur. In æſtate cholera, qua ad iracundiã excitãtur. In autumno melancholia, qua ad acediã ſiue mœſtitiam inclinãtur. In hyeme phlegma, quo ad pigritiã applicãtur. Ad hoꝝ quattuor humoꝝ effectũ cõprimendum ſpirituali medicina voluit in anno eccleſia hęc quattuor tẽpora ieiunari. Hæc Innocẽtius. Statuit inſuꝑ ieiuniũ quattuor tẽpoꝝ debere fieri ſemꝑ in ternario dierũ propter peccatũ delendũ, quo quattuor modis ſub ternario peccamus. Nã peccamus primo in patrẽ ꝑ impotẽtiam & fragilitatẽ. Secundo in filiũ ꝑ ignorantiã & ſtoliditatẽ. Tertio in ſpiritũ ſanctũ ꝑ duritiã & malignitatẽ. Secũdo peccamus contra legẽ naturæ, cõtra legẽ ſcripturę: contra legẽ gratię. Tertio peccamus corde, ore, & opere. Quarto peccamus originaliter, venialiter, mortaliter. Et tria quæ peccant, vt ait Innocentius, ſunt, ſerpens, mulier, & vir. Serpens. i. concupiſcentia, quę ſurgit originaliter. Mulier. i. ſenſualitas, quę comedit venialiter. Vir, id eſt

fyndereſis vel ratio,quæ comedit mortaliter. Hæc Innocentius. ¶Quadrageſimale autẽ hoc ieiuniũ V
ſub tanto nũero multiplici de cauſa legiť ordinatũ, videlicet ꝑpter exẽplũ nobis datũ:tres eñ ſoli ſcđ3 ſtatutũ triplicis legis hoc ieiuniũ obſeruarunt.videlicet Moyſes ante legẽ.Helias ĩ medio legis. Chriſtus in fine legis.Propter ꝓceptũ nobis factũ.Deus eñ ꝓcepit ex omnibus decimas ſolui,qđ etiã ad decimas temporis debet extendi.Habet autem annus ccclxv.dies,cuius decima pars.xxxvij.ſuperãt tres dies temporũ quę fiũt in Martio,& ſunt.xl.tot igitur dies ieiunabiles quadrageſima cõtinet.Propter myſteriũ deſignatũ. Quadragenarius eñ numer⁹ eſt abũdãs:cuius ptes aliquotę ſimul iũctę ad quinquagenariũ Iubilei qui requiẽ & remiſſionẽ ſignat, perueniũt.Hęc Innocentius in Sermone de.xl. Poteſt vlterius alia ratio aſſignari.videlicet quattuor affectiones ex qbus.x.ꝓceptoꝝ multiplicatur tranſgreſſio:qua multitudine ad quadragenariũ pueniť: & ideo ad huiuſmodi tranſgreſſionẽ reprimẽdã eſt ieiuniũ in tãto numero inſtitutũ.Poteſt etiam alia ratio aſſignari ꝑ eo ꝙ numerus.xl.eſt numer⁹ pœnitẽtię & laboris:in cui⁹ figurã fuit populus Iſrael xl.annis in deſerto: in cuius ſignũ puer ſtatim natus plorat, nõ tñ ridet citra.xl.diem, vt dicit Phs in libro de aĩalibus,deſignans ꝙ eſt vita pœnitẽtię, nõ gaudij,ſed mœroris.¶Aliud eſt ieiuniũ genera X
le:in quo homo abſtinet a qbuſlibet nociuis:de quo ieiunio loquitur Ber.in Sermone de quadrageſima ſic dicens.Si gula ſola peccauit, ſola quoq; ad ieiuniũ ſufficit.Si vero peccauerũt & cætera membra, quare non ieiunant? Ieiunet igitur oculus qui depdatus eſt animam: ieiunent aures, quæ ad ſalutem non ptinẽt audire fugiendo:ieiunet lingua a detra

ctione & falsitatibus abstinendo: ieiunet manus ab illicitis abstinēdo: ieiunet anima a vitijs cogitādo. Hieronymus ad Seleuciam. Quid prodest attenuari corpus abstinentia si animus intumescit superbia? Quid virtutis habet vinū non bibere, & ira & odio inebriari? Hoc igitur ieiunium proculdubio Christus voluit obseruare. Si enim solum ieiuniū corporale obseruare voluisset, nō oportebat cōsortium hominum fugere. Hoc ieiunio ieiunauerunt Moyses & Helias. De hoc igitur dicit euangelista.
y Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus &c. Multi autem sunt qui in die nō in nocte ieiunant. Nolunt enim in luce malefacere, ne opera eorum arguantur, sed in occulto malitias operantur. de quibus dicitur Ezech. viij. Ecce vides fili hominis quę seniores Israel faciunt in tenebris, vnusquisq; in abscondito cubilis sui. dicunt enim. Non videt dominus nos. Non sic Christus, sed ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & postea esurijt. Hæc esuries charissimi, est illa quæ ordinatur ad sanitatem. de quibus dominus Matth. v. Beati qui esuriunt & sitiūt iustitiam &c.
z ¶ Sequitur. Tunc accedēs ad eum tentator &c. Vbi ponit comprobantem tentationem &c. & ponitur hic gradus tentationis ex parte diaboli, & modus superationis & euasiōis ex parte Christi. litera plana est. Sed hic quæritur quare diabolus lapides apposuit Christo, dicens, Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Respondeo q; hoc factum est ad designandum peccati gulę qualitatem. Lapis enim est frigidus, aridus, & pōderosus & dur⁹. Sic recte peccatum gulę primo infrigidat feruorem dilectiōis, quia teste Hieronymo, nemo potest hic implere ventrem & ibi mentem. Secūdo desiccat humorem

gratiæ. Vnde Gregorius secundo libro Moralium. Durante gulæ vitio, omne quod homines egerant fortiter, perdunt, & dum venter restringitur, cunctæ virtutes. ¶ Tertio reddit hominem ponderosum quantum ad corpus & quantum ad animam. Vnde Isidorus libro primo de Summo bono. Gulę satietas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque euertere facit, & tandem inducit immobilem & insensibilem ad omne bonum. Vnde Hieronymus in Epistola ad Paulinam. Dicit Galenus, animas nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas nihil diuinum vel cæleste, sed de carnibus eructare & de ventris ingluuie. ¶ Sequitur. Dic vt lapides isti A
panes fiant. Hic dæmon conatus est dominum de a
gula tentare, & eius diuinitatem insuper experiri. Tentare quidem de gula in comestionis accelerætione: ex quo credebat eum trahere ad ingluuiem: & semper ex vno vitio credit hominem ad aliud trahere. Experiri autem diuinitatem in mirabili operatione: si de lapide panē faceret. ¶ Moraliter hæc verba dæmonis possunt multipliciter accipi. Primo quidem vt sint verba ipsius feruorem & austeritatem pœnitentiæ remittere satagentis, quæ quidem austeritas lapidum nomine designatur. quos dominus Esaiæ.lxij. quemlibet vult Christianum assumere, dicens. Eligite lapides & eleuate signum ad populum. Quoniam ex pœnitentia homo redditur alijs exemplaris. Isti sunt illi lapides preciosi, de quibus tertij Regum quinto dicitur quod præceperat rex, scilicet Christus, vt tollerent lapides grandes. i. altitudinem pœnitentiæ, lapides preciosos, quorum precium vita æterna, in fundamentum templi, scilicet in quo idem Christus habitare desiderat. Hoc autem præceptum

ipse rex fecit quando dixit.Matth.iij. Pœnitẽtiam agite &c.Isti sunt lapides illi quos prouidus Dauid primi Reg.xvij.elegit de torrẽte transitoriæ pœnę cõtra Goliam.i.diabolum pugnaturus.qui dicunt quinq₃ pro eo ꝙ quinq₃ sensuum voluntas est ꝑ pœnitentiã restringenda.De his igitur lapidib⁹ loquit in proposito inimicus tentator,dissuadens homini vacanti pœnitentię austeritatis rigorem dicens, Dic vt lapides isti panes fiant &c.id est fac vt durities pœnitentiæ cõuertatur in mollitiẽ & suauitatẽ consolationis:quæ per panes in proposito designatur.Isti sunt illi panes de quib⁹ dicitur Prouer.xx. ꝙ suauis homini panis mendacij, eo ꝙ nõ satiat,& tandem hominem ducit ad pœnã. Vnde Iob.xx.Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidũ intrinsecus.Vnde Grego.xv.lib.Moral.ca.ix.dicit sic. Panis in vtero est satietas temporalis delectatiõis in mẽte,quo nutritur hypocrita,& ĩ aliena laude delectatur honoribus:quia satietas temporalis delectationis in retributionis amaritudinem cõuertetur. De hoc pane dicitur Dañ.iiij. Panem desiderabilẽ nõ comedi.Hic est panis carnalis & mũdanę cõuersationis.de quo Prouer.xxiij.Ne desideres de cibis eius in quibus est panis mendacij.Hos igit lapides dęmon in panes iam dictos suadet cõuerti:dicendo homo iã satis fecisti:nõ est bonum vt tãtum facias ꝙ non possis sustinere.Exemplũ de beato Francisco cui diabolus ita dixit. Sed prohdolor multi hodie istã vocem audiũt tentatoris,qui pœnitentiã deserentes ad carnalem mollitiẽ cõuertũtur.De quibus dicitur Threno.iiij.Quomodo obscuratum est aurum,mutatus est color optimus,dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearũ? In quibus mundi vitia aggerantur. Tales enim sunt pœ

nitētię lapides dispergentes,& panis mendacij mol litiem affectantes & eligentes. In quorum persona loquitur Osee.ij. Vadam post amatores meos,post mundum scilicet:& miserabile corpus,qui dant pa= nes meos mihi. Meos dicit quia non dñi. & aquas meas fluxibilium voluptatum,& lanam meam nō ouinam,id est simplicis:sed bestialis conuersatiōis: & lumen meum, carnis scilicet mollitiē,oleum scili cet quod linit & blāditur:& potū id est quę inebriāt me mundanę diuitię & delitię. Sed tales non aduer tunt illud quod dominus dicit,& subdit propheta. Propter hoc ecce ego sepiam vias tuas, quib⁹ tuos sequeris amatores,spinis,doloris tibi aculeos: im= mittendo, & sepiam eas maceria, obstaculum tuis operibus opponendo. Et semitas suas nō inueniet, vt posset incedere iuxta vota quo intendit. quia se= quitur. Et intendet amatores suos,& non apprehē det eos: quia laborabit ad mundi gaudia obtinenda nec continere poterit. ¶Similiter verbum præfatū introduci potest: vt sit verbum ipsius diaboli pecca tores nutu diuino increpantis. Vbi aduertendū ꝙ sicut ait Greg. lib. vij. moral. c. xxij. per lapides mi= serabilium hominū corda signātur: qui sepe supera nos ictus accipiunt & nulla persecutione disciplinæ mollescunt: immo (quod plus est) vt idem Grego. subdit, intm̄ aliquando indurescunt: vt cum eos ri= gor supernæ animaduersionis examinat: nequicꝗ sonitus humilis cōfessionis reddant. Et de talibus habetur figura primi Machab. quarto. vbi dicit: ꝙ qui erant in ciuitate obstruxerunt portas lapidi bus & incluserunt se in ea: neqꝫ permiserunt Iudam (qui confessio interpretatur) transire. De quibus di citur Iob. xlj. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleationis ictus. Talibus enim B b

ad modũ lapidum induratis loquitur deus Ezech. xj. & xxxvj. dicens. Auferam cor lapideum & dabo
Cc cor carneum. Per panem, teste Gregorio. xxiij. lib. Moral. cap. xxxiiij. speciale donum diuinæ gratiæ designatur. De quo pane loquitur Esa. xxxiij. dicens ꝙ obturat aures suas ne audiat sanguinem. Id est qui peccatis suadentibus non præbet consensum, & claudit oculos suos ne videat malum, id est illud q̃d renitenti aduersum est, non approbat: iste in excelsis habitabit secundum virtutem, licet secundũ carnem inferius teneatur. Munimenta saxorum sublimitas eius, id est operis stabilimentum, quia iam terrena desideria vitæ calcauit. Panis ei datus est, id est refectiua spiritualis, immo specialis gratiæ. Hæc Gregorius vbi supra. Ad propositum applicando sensus verbi: dic vt lapides, scilicet tui cordis auaritia, panes fiant, id est in donum diuinæ gra-
D tiæ conuertãtur. Potest insuper aliter introduci di-
d cendo ꝙ diabolus peccatori suadet vt lapides ædificiorum & lapides ornamentorum, scilicet preciosi lapides, in panem conuertantur, id est oblectamentum diuitum & nõ in vsus pauperum. Hic dic quo modo ieiuniũ nõ valet sine eleemosyna. De primis lapidibus loquitur Abachuc. ij. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iũcturas ædificiorum est, respondebit. Clamabit inquam pro pauperibus in necessitatibus positis, apud deum querimoniam faciendo. Et ideo Eccli. xxix. dicitur. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Perde inquã, id est distribue. Vnde subdit. Cõclude eleemosynam in corde, id est in sinu pauperis: & hæc ꝑ te exorabit ab omni malo. De secundis lapidibus loquitur exprobratorie. Ezechielis. xxviij. dicens sic. Omnis

lapis preciosus operimentum tuum, sardinis, topazius & iaspis, Chrysolith⁹ & onyx & berillus, saphyrus & carbunculus & smaragdus. Aurũ quoq; opus decoris tui. Et sequitur. In multitudine negotiationis tuę repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti. Et vere peccasti, quia proximi necessitate nõ es emotus. Etiã audi vindictã a dño faciendã. Esa.xiiij. Subter te sterneť tinea: & operimentũ tuũ erũt vermes. Vide mirabilẽ ꝯmutationẽ: optus hic ꝑciosis lapidibus tũc operieris horrẽdis vermib⁹. Hos igitur lapides suadet diabolus in panes cõuerti.i. in mollem ornatum ne dentur pauperibus, dicens. Dic vt lapides isti panes fiant. cum tamen dicatur Esa.lviij. Frange panem tuum esurienti &c. Sed quid dicitur Threno.quarto? Adhęsit lingua lactentis (id est illius qui deberet lac suggere) ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Et ideo audi quid talibus dicetur finaliter. Iob.xxij. Abstulisti pign⁹ fratrũ tuorũ sine causa, & nudos expoliasti vestib⁹. Aquã lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panẽ. Viduas dimisisti vacuas: & lacertos pupillorum cõminuisti. Propterea circũdatus es laqueis: & cõturbat te formido subita. At putabas te tenebras nõ visurũ. s. interiores: & ĩpetu aquarũ ĩundãtiũ (.i. tribulationũ) nõ oppressum iri. Sic igiť dicit diabolus peccatori.

¶ Sequiť quid responderit Christus dicẽs. Scriptũ est: quia nõ in solo pane viuit homo &c. sed ĩ oĩ verbo &c. Deute. viij. Hoc autem verbum Christi continet veritatẽ. Patet de Magdalena. Patet de Moyse cui dñs loquebatur in monte. Et quodãmodo est naturale. nam virtus animalis est obediẽs phantasiæ ſcđm Auicẽnã: intãtũ ꝙ phantasia facit opationes mirabiles. Multo magis erit obediẽs rationi quã

do pfecte se subijcit deo, & ita fit intenta fruitioni
vel cōtemplationi diuinę ꝙ modicā resolutionē fa=
cit siue faciet circa humidū radicale.Est insup verū
ꝙ ex verbo diuino anima spiritualiter generatur
in fide,quia fides est ex auditu:auditus autē p ver=
bū Christi.Iustus autē ex fide viuit. Vñ Iacobus in
Canonica sua cap.j. Volūtarie eñ genuit nos ver=
Ff bo veritatis suæ. Ex verbo etiā anima viuificatur.
Ioan.vj. Verba vitæ æternæ habes.Mystice autem
Christus respondit ostendēdo ꝙ pane materiali nō
indigebat:pro eo ꝙ homo.i.eius humanitas,nō so
lum viuebat ex pane materiali, sed ex eo ꝙ erat di=
uino verbo hypostatice vnita:& ideo in omni ver=
bo,quia in verbo diuino, quia ex ore dei.i.ex patre
procedit vis omnis verbi: cū scd̄m Augustinū sup
Io. sit ars plena omniū rationū viuentiū.Insup os
dei dicit̄ prędicatio.Hiere.xv. Si separaueris p̄cio=
sum a vili,quasi os meū eris. Itē diuina scriptura
quia p illā loquitur nobis deus. Esa.xxx.Os meum
non interrogasti. Sequitur.Tunc assumpsit eū dia
G bolus in sanctā ciuitatē: quia Hierusalem habebat
g tres ptes.s.habitationē vulgi,& nobiliū, & habita=
tionē regiā,vbi erat templū, & hæc dicebatur ciui=
tas.Si filius dei es,mitte te deorsum. Hieronym⁹.
Debilis est hostis qui nō potest vincere nisi volētē
Et ideo nō potuit Christū pijcere. Sic nullū fidelē
facere cadere potest in peccatū nisi eo volente.& hęc
H fuit tentatio de vana gloria. Sed quare non dicit
h ipsi:Ascende superius:& tunc fuisset signū maioris
virtutis,& p cōseqns maior posset eē vana gloria?
Respondeo:Dęmon de paradiso semel delapsus nū
q̄ ascensum alicui potest suadere:& ideo nō dicit ipi
ascende in cęlū vel sursum.Moraliter.si filius dei es
& Christian⁹ vis nūcupari,mitte te deorsum,id est

humilia te & non ascende per superbiã: sed humilitate & pœnitentia inclina te inferius, & saluaberis queadmodũ Iacob in Aegyptũ descendendo. de quo habetur figura Geñ.xlv. Descẽde a me, nõ moreris, & habitabis in terra Iessen, erisq; iuxta me. Et sequitur cap.xlvj. Profectus est Israel cũ omnibus quæ habebat, & venit ad puteũ iuramenti, & mactatis ibi victimis deo patris sui Ysaac, audiuit eũ p visionem noctis vocantem & dicentẽ sibi. Iacob, Iacob. Ego sum fortissimus deus patris tui, noli timere: descẽde in Aegyptũ, quia in gentẽ magnã te faciam ibi. Ego descendã tecũ illuc, & ego inde adducam te reuertentẽ. Ioseph quoq; ponet manũ suã sup oculos tuos. Tangit autẽ in ista figura prouidũ cõsiliũ qđ est adimplẽdũ: ideo dicit, descende ad me, ne moreris, & habitabis in terra Iessen, &c. Vbi. viij. dicit videlicet, Motum seu nutũ virtuosum, quia descẽde 1
non dicit cade, quia est pcipitiũ, sed descende. nã si p superbiã & p diuinũ contẽptũ ascendisti, p humilitatem & satisfactionẽ descende. Primo mente & humilitate. Secũdo, carne & austeritate, sede in puluere: q pului's es, cogita: in puluerẽ te orna virgo, q sine fructu, filia Babylonis. i. cõfusionis. Psal. Operuit confusio faciẽ meã. sede in terra. i. quiesce aspectu proprię miseriæ. Signum luminosum. Ad me. 2
Matth.xj. Discite a me, quia mitis sum &c. Modũ 3
studiosum. Ne moreris. Nota q quãdo via est piculosa, nõ est mora adhibẽda. O quot prędones, quot homicidę: ideo non moreris ij. Reg.xxj. Non moreris hac nocte in campestribus. i. in spatiosa via mũdi quę lata est: sed absq; dilatione transgredere. quarti Reg.iiij. Mina, & propera ne moram facias in eũdo. Locum fructuosum. Et habitabis in terra 4
Iessen, quę terra cõpluta. i. conscientia stillicidio gra

tię irrigata & fœcūdata: & ideo propinqua plasma=
tioni. Leuiti. xvj. Si in pręceptis meis ambulaueri=
tis dabo vobis pluuiā temporibus suis. Et Deute.
xxviij. Aperiet dominus thesaurum suum optimū
cælum: vt tribuat pluuiam terrę tuę in tēpore suo.
5 Gradum gratiosum: Eritq; iuxta me. Magna nobi
litas stare iuxta regem regum. Vnde Dauid gerens
typū hominis iusti dicebat. j. Reg. xx. Ego ex more
sedere soleo iuxta regem. Psal. Non habitabit iuxta
6 te malignus: neq; permanebunt iniusti &c. Debitū
iudicium: quod est inferendū, & ideo sequitur: Pro=
fectus est Israel. s. qui deum videre procurat, deside=
rat, & affectat: cum omnibus quæ habebat: quia cū
cogitatione corde & mente & aīo. Non enim opor=
tet hominem in duas partes claudicare. Si quęritis
quęrite, cōuertimini & credite. Si quęritis quęrite in
I toto corde. Sapiētię. j. In simplicitate quęrite illum.
quoniam inuenitur ab his qui nō tentant eū: appa
ret eis qui fidem habent in illo. Igitur in simplicita
te non in duplicitate. Eccli. j. Ne accesseris ad eū du
plici corde: quia in eodem. ij. cap. Vęh duplici corde
& labijs scelestis & manibus malefacientibus: & pec
Ii catori terram ingredienti duabus vijs. Nota ꝙ na
tura non patitur monstra in corde, quia est mēbrū
quod est vitę principiū. & ideo sicut homo non po=
test habere duas vitas corporales eiusdeȝ speciei: sic
nec duo corda potest habere. Et tñ peccator vt fit⁹
hypocrita qui confitetur cū proposito redeundi ad
vomitum, vel qui mentitur in confessione, vel pec=
cata partim dicit, ꝑtim celat, hic geminat cor. Psal.
Labia dolosa i corde: & corde locuti sunt &c. & ideo
duplici contritione cōteretur. Quare Iacob bene ve
K nit cum omībus quæ habebat: sed quo? Ad puteum
k iuramenti, id est ad pœnitentiam. Nota pœnitētia

puteus est. Canticorũ.iiij. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium &c. Viuę sunt aquę pœnitentię, quia viuificant plantas virtutum emortuas, immo statim producunt flores & fructus, emittũt radices, stipitem dilatant &c. Hę sunt aquæ quæ sitim auferunt. Ioan.iiij. Qui biberit ex hac aqua nõ sitiet in æternũ. ¶ Nota, aquę temporalium delitiarum vel diuitiarum sitim nõ extinguũt, immo ardorẽ multiplicant: sicut ligna lignis apposita ignẽ non extinguũt, sed augent. Sic autem in proposito &c. Hic igitur puteus est, sed iuramenti. Esa.liiij. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne induceren aquas diluuij vltra super terram: sic iuraui vt non irascar tibi. Sequitur ꝙ mactauit victimas ibi. Hæc victima est carnis maceratio. Esa. lvj. Victimæ eorum placebunt mihi. Dicit victimas in plurali, quia hęc debet esse duplex. Interior. Psal. Cor contritum & humiliatum deus &c. Exterior, scilicet carnis. Ad Romanos secundo. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corda vestra hostiam sanctam &c. Viuent: quia mortui peccato sunt viui iustitiæ. Sed proh dolor. Genes.xxij. Ecce ignis, ligna, & gladius, vbi victima holocausti? scilicet patris tui Ignis, quia in Psal. Ignitũ eloquium tuum vehemẽter. Vnde erat cor ardens discipulorum. Lucæ vltimo. Gladius, quia Heb.iiij. Viuꝰ est sermo dei, & efficax & penetrabilior omnĩ gladio ancipiti. Ephe.vj. Assumite gladium spiritꝰ quod est verbum dei. Ecce igitur prędicatores, ecce ligna, quę.s. verus Ysaac baiulabat. vbi est victima? vbi est qui vere pœniteat, aut qui pœnitentiam plene sumat? Sed has victimas debemus deo Ysaac, qui gaudium interpretatur: nam pœnitentia cum hilaritate est facienda. Psal. Seruite domino in læ-

titia. Hilarẽ enim datorẽ diligit deus. dicit Matth.
7 vj. Cũ ieiunas vnge caput tuũ. Solidũ cõsiliũ quod
est perquirẽdũ: & ideo dicit Qđ audiuit per visionẽ
M noćte. ¶ Nota. pœnitẽtia aperit auditũ & visuʒ: nã
m peccatores os habẽt & nõ loquuntur: oculos habẽt
& nõ videbunt, aures habẽt & nõ audient, nares ha
bent & nõ odorabũt: quia nõ sentiunt fœtorẽ pecca
ti in quo sunt, vulneratę sunt cõscientię eorũ & non
reclamãt: secãtur & nõ percipiũt: vocãtur & stimu=
lantur sicut lethargici, nõ audiũt sed sopore detinẽ
tur: sed pœnitẽtia sensum restituit & omnia ista cu
rat. Vnde bene de muto dicitur ꝙ erat cęcus & sur=
dus quẽ dñs curauit. Noćte surgit & dicit: qa secre=
ta est diuina inspiratio: & audit dicẽtẽ sibi Iacob Ia
cob. ex nomine vocat eũ, quia pœnitentem ex nomi
ne deus nouit. Iacob supplantator dicit. vel quia de
bet hostem superare in duobus, veʒ in corrigẽdo in
se prçterita & prçcauendo futura. Noli timere, sed
descende in Aegyptũ. Noli timere Iacob: quia rede=
mi te, & vocaui te nomine tuo. Ego sum fortissim⁹
deus. Psal. Dñs fortis & potẽs, dñs potens in præ=
lio. In gentẽ magnã faciam te ibi. id est in affećtione
& morte. Ibi pro peccatis proles meritoꝝ multipli
catur & mutatur & gignitur. Gene. xij. Descendit
Abraham in Aegyptũ vt peregrinaret ibi. In Aegy=
pto fuerunt oues & boues & asinę, & asini, & came=
li, & serui, & famulę. Et ego descendã tecum &c. sem
8 per dominus est cũ pœnitente. Placidũ delinimen
quod est cõsequendũ: quia Ioseph ponet manus suꝑ
oculos tuos: quoniam scilicet mens peccatoris illu
minatur tunc. Tobię. xj. Et cœpit albugo ex oculis
eius quasi mẽbrana oui egredi. Et Aćtuũ. ix. Cecide
rũt tanq̃ squamę ab oculis eius. s. Pauli. & finaliter
Apocalyp. vij. Absterget deus omnem lachrymam

ab oculis eorum,ſcilicet ſanctorum &c.

Eadem Dominica Prima de Epiſtola. Sermo.IIII.

Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nūc dies ſalutis.ij.ad Corinth.vj.Quia ſermo p̄dicatoris & v̄bū debet eſſe apertus euidētia claritatis,ideo pręmittitur ecce:quod eſt aduerbiuȝ demonſtrandi.j.Reg.x.Ecce videtis.& Ioan.xvj.Ecce nunc palam loqueris . Debet eſſe ſuccinctus cōtinētia breuitatis,& ideo ſubditur: nūc tempus:qđ eſt modicum.j.Pet.ij.Modicum nunc ſi oportet cōtriſtari &c.Acceptus elegantia qualitatis.& ideo cōcluditur acceptabile.Nunc illa ſine pręſidio diuinæ gratię nō poſſumus habere:idcirco &c.¶ Ecce nunc tempus acceptabile vt ſupra.Licet iuxta ſentētiam Gregorij lib.ix.Mora.cap.lxxxiiij.ſacrę ſcripturæ vim inducentis:totum huius vitę labilis tēpus ſit indultum ad meritorum opera cumulanda , quib⁹ malorum vltricia fugere valeamus tormēta, & ſupernę patriæ poſſimus acquirere ſtipendia repromiſſa:tamen a multis negligitur. Et ob hāc temporis amiſſionem , otioſumq́ꝫ defluxum qui ſic parui penditur,deuotus quidam in epiſtola ad ſcholares altius lamentatur dicens.Fuit olim nihil precioſi⁹ tempore,& heu nil hodie vilius reperitur.Trāſeūt dies ſalutis & nemo recogitat:nemo ſibi perire diē nunq̄ redituruȝ curat.Et ſpecialiter quadrageſimę quod nos exhibitionibus promptis ſic allicit,eruditionibus claris ſic inſtruit,operationibus miris ſic concutit,repromiſſionibus altis ſic concurrit: tempus eſt ſaluberrimum & acceptabile,noſtręq́ꝫ ſaluti ſingulariter deputatū:vt de ip̄o merito dici poſſit. Ecce tempus acceptabile, quia tempus A

Salutaris promiſſionis, prouiſis remedijs.
Singularis oſtenſionis, oſtenſis ſpectaculis.
Regularis dilectionis, productis oraculis.
Virtualis crectionis, promiſſis ſtipendijs.
Diuus igitur Apoſtolus conſiderans & attendens finalem permutationem, conterentem ſcoriam, id eſt virulentam infectionem maculantem animam dignationem, profluentem gratiam & promittentem gloriam, regalem promiſſionem diſponentem patriam ſiue conferentem ſubſtantiam: torporem miſeri peccatoris in ſordibus tabeſcentem excitare nititur in his verbis di. Ecce nunc tempus acceptabile. quaſi dicens eidem peccatori.
Cur extractam frameam non curas fugere?
Cur contractam maculam non curas abſtergere?
Cur oblatam veniam non curas adnectere?
Cur promiſſam gloriam non curas acquirere?

B ¶ Ecce enim tempus acceptabile. In quibus verbis idem Apoſtolus triplici ratione tempus iſtud oſtēdēs ad omnia opportunū, ad ſumendā pœnitentiā fructiferam nobis, hortatur. videlicet ex facultate ſuccurrentis termini. Ex qualitate ſuccedentis ſpatij. Ex dignitate ſubſequētis commodi. Primū probat diſcreta ſignatio principalis, Ecce nūc. Secundū adiuncta protractio peculiaris, Tempus. Tertium accepta cōditio imperialis, Acceptabile. Inducit igitur nos primo Apoſtolus ad pœnitētiā ex facultate qđ bene declarat hora principalis. Secūdo inducit nos ad pœnitentiā aſſumendā ex qualitate ſuccedentis ſpatij. et ideo dicit tempus. Ecce (inquit) nūc tēpus. Licet eñ Eccleſiaſtes. iij. omnia tempus habēt & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa: iſtud tamen tempus tā ratione ſingularis ꝓprietatis q̄ ratione naturalis humilitatis tempus eſt pœnitentię aſſumēs

dę,quod ratione proprietatum multipliciter.Dan. iiij.nobis extiterat figuratum, vbi sic dicitur.Fœnũ vt bos comedes : & rore cęli perfunderis.Septẽ quoq₃ tempora mutabũtur super te, donec scias ꝙ dñs excelsus sit super regnum hominum.In quibus verbis sanctus ille Daniel inducit ĩ isto tẽpore quẽlibet peccatorem ad delendam maculam carnis quã cõmisit.Fœnũ inquit vt bos comedes. Esa.iiij.Dicitur ꝙ omnis caro fœnũ & omnis gloria ei⁹ quasi flos agri.Istud enim fœnum est quod apud illã mysticam Rebeccam nõdum a vero Isaac assumptam in connubiũ,copiosius habebatur.Gene.xxiiij.Palearum & fœni(ait ipsa)est plurimum apud nos & locus spatiosus ad manendum. Vere locus spatiosus,quia lata est via quæ ducit ad perditionem. Matthęi septimo. Multumq₃ est in ea operum carnalium ac mundanorum:quæ velut fœnum & paleę æternis concremantur ignibus. Igitur fœnum vt bos comedes, id est detestationem commissorum carnalium operum spirituale suscipiens nutrimentũ. Vnde bene dicitur. Matthęi decimoquarto. ꝙ de⁹ pręcepit turbę discumbere super fœnum. C I

¶ Ad reuocandã gratiam lucis quam perdidit : & ideo dicitur,rore cęli perfunderis. Esaiæ vigesimo sexto. Ros lucis ros tuus &c. Ros scilicet diuinę gratiæ humectantis,illustrantis,fœcundantis, & dulcorantis internam mẽtem.Genesis vigesimoseptimo.In rore cęli desuper erit benedictio tua.& idem paulo ante.Det tibi deus de rore cæli &c. ¶ Ad resumenda opera artis quam amisit,ideo dicit.Septem quoq₃ tempora mutabũtur super te. Per siquidem septem tempora artes liberales intelligo : liberales inquio ab effectu non illas quę liberales cõmuniter nuncupanť:sed illas quę liberare habẽt hoiem a ser D

uitute peccati & eum ꝓpriȩ tradere libertati. Quȩ vtiq; licet possint vniuersitatē perfectoꝝ operū designare in vniuersitatis numero signatorum & in septenario: signant tñ specialiter septem opa misericordiȩ. Atq; ad literam tēpus istud, tempus. s. vernale qđ nūc imminet, deputatur, siue ad septem dicitur aptū fore. Sicut eñ sunt septē horȩ priuilegiatȩ quȩ ad imminēs nūc concurrūt, vt dictum est supra: sic istud tēpus ad septem opa est singulariter
1 aptum. ¶ Est eñ tēpus istud principibus aptū ad dimicandū. Ad literā eñ istud est tēpus: quo (vt dicitur. ij. Reg. xj.) solēt reges ad bella procedere, vt rex noster Christus prius baptismate veluti armis cȩlestibus ꝑmunitus a spiritu sancto ductus est hodie in campū certaminis in desertū, vt. s. a diabolo tentaretur, ibiq; obtenta victoria hostē prosterneret. vbi mystice humanū genus ab Hierusalem in Hiericho. i. in miseriȩ defectū descendēs nudatū gratuitis, ceciderat vulneratū. Igitur bene est tempus aptū ad dimicandū. Propter qđ Apl'us in suæ epl'æ exordio, ne sinistra diuina arma susciperemus ad dimicandū nos hortaẗ, dicēs: Hortamur vos ne in vacuū gratiam dei recipiatis &c. De quo tempore Eccl's. iij. Tempus belli. s. cū hoste, & tēpus pacis. s. cum deo reformandȩ ¶ Cultoribus aptū ad ampu
2 tandū. Tēpus enim putationis aduenit, vt dicitur Cāticoꝝ. ij. Vnde Ecclesiastes. iij. Tēpus plantādi. s. virtutes, & tēpus euellendi qđ plantatū est. i. amputandi vitia & peccata ꝑ confessionē & pœnitētiam. ¶ Mercatoribus aptū ad cumulandū. Ibidē. Tēpus
3 acquirendi, & tempus ꝑdendi. Perdendi inquā pecuniā & eleemosynā ꝓ proximo. Eccli. xxix. Perde pecuniā ꝓpter fratrē & amicū tuū, & nō abscondas eā sub lapide in ꝑditionē. Vnde hodie dicit in Euan.

gelio.Dic vt lapides isti panes fiant.i.fructuosa edi
ficia in vsum & cibū pauperū cōuertātur.Igitur tē
pus pdēdi:sed istud pdere est acquirere thesaurum
indeficientē in cęlo,vbi nec ærugo,nec tinea demoli
tur.Matth.vj.&c.℄ Languētibus aptū ad liberādū 4
quia Ecclesiastes.3.vt supra.Tēpus occidendi.s.con
cupiscentias insurgētes,& tēpus sanandi.s.languo=
res & febres & vlcera maculantium peccatorum.
℄ Stillantibus aptū ad lachrymādum.Lachryman
tibus em̄ congruūt montes & arbores.Sic re vera 5
tempus est lachrymationis peccatoꝝ amputatione
pręmissa confessionis. Est em̄ pœnitētia (vt ait Au
gustinus) pręterita mala plangere, & plangēda vl=
terius nō cōmittere.De cuiusmodi vtiqꝫ plāctu di=
citur vt supra Eccl's.iij.Tempus flendi, & tēpus ri
dendi. quia scd̄m eūdē Augustinū,debemus de pec=
cato dolere,& de dolore gaudere.℄ Viuētibus aptū
ad generandū.Sole em̄ ad nostrū centrū aliqualiter 6
appropinquāte,omnia viuētia,arbores, homines,
volucres,& bestię,incipiūt ad generationē disponi.
Ecclesiastes.iij.Tempus nascendi.s.p gratiā,& tem
pus moriendi.s.mūdo & iniustitię,vt mortui mun
do & peccato iuste viuamus.j.Petri.ij. ℄ Volucri=
bus aptū ad cantandū.Represso em̄ humore melan 7
cholico & incipiente sanguineo dominari, aues ad
alacritatem & cātum singulariter disponuntur: sic
aues.i.contēplatiui ad alta.s.conuolantes nūc ab il
licitis abstinentes colloquijs debēt cōtinuo diuinis
laudibus occupari.Ecclesiastes.iij. Tēpus tacēdi &
tēpus loquendi. Ergo bene pmissa tēpora sup quēli F
bet virū iustū debent isto tēpore quadragesimę im
mutari. Dū igitur tēpus habemus operemur bonū
ad omnes. Gal.vj. Sic em̄ & ille sanctus Ionathas
Machabęus.j.Machab.xij.qui columba veniēs ius

terpretatur,mystice voluit obseruare. Vidẽs enim ꝙ tempus ipsum iuuabat,ad Romanos qui excelsa interpretantur tonitrua.i.ad supernas virtutes q̃ super peccatores in extremo iudicio tonantes diuinam sententiam fulminabunt,electos nuncios.i.electa opera destinauit.Sed proh dolor hodie cõqueritur de nobis dominus Hiere.viij.sic dicẽs. Miluus in cęlo cognouit tempus suum:turtur & hirundo & ciconia custodierunt.i.obseruauerunt aduentus sui tempus:populus autem meus non cognouit iudiciũ domini.Quod.s.nunc imminet:quia vt dictũ est:nunc iudicium est mundi. Sed in veritate nõ est mirandum si populus domini iudicium nõ cognouit,quia vt ait Psal.Oculos statuerunt declinare in terram. Sed nõ sic miluus:immo oculos suos in cęlum leuauit:& ideo in cęlo cognouit tempus suum ad obtinendum gloriam dotis quã quęsiuit. & ideo dicit Daniel.cap.iiij.Donec scias ꝙ excelsus dominetur sup regnum hominum. Exod.xvj.Vespere, id est in fine vitę:vel vespere id est luce mũdanę glorię tendente in nostris cordibus ad occasum,scietis ꝙ dominus vos eduxerit de terra ægypti,id est de tenebris culpę:& mane videbitis gloriam ei⁹. Mane scilicet oriẽte luce gratię. ¶Tertio & vltimo ad pœnitentiam nos inducit Apostolus ex dignitate commodi cuȝ dicit Acceptabile. vere enim tempus acceptabile & placitum.s.in quo exaudimur plene, in quo liberamur grate, in quo seruamur tute, in quo ꝑmiamur alte.Pro quib⁹ oib⁹ occurrit nobis auctoritas in pñti epl'a. Esa.xxix.Hęc di.dñs.In tpe placito exaudiui te(Apostolus dicit tẽpore accepto) Et i die salutis auxiliat⁹ sum tibi. Et seruaui te.Et dedi te in fœdus populi vt suscitares terram,& possideres hęreditates dissipatas &c.

Feria.II.Primę Hebdomadę.

STatuet oues quidem a dextris: A
hœdos autem a sinistris. Matthęi.xxv.
Ad hoc fiunt prædicationes, vt p ipsas
homo ad perceptionē diuinę gratiæ p̄=
paretur:& ideo gratia dei tria inter alia habet face
re in verbis propositis designata. Habet enim in=
ducere cordis stabilitatem, Statuet. Mentis synceri
tatē, Oues. Roboris stabilitatem, A dextris. Scd̄m
ꝙ dicit beatus Gregorius. xxj.lib.Moral.cap.vlti=
mo, ponens illud Iob.xxxj. Semper enim quasi tu=
mentes super me fluctus, timui deum: & pondus
eius ferre nō potui. Qui (inquit Gregorius) extre=
mi iudicij aduentum intenta mente cōsiderat, pro
fecto videt ꝙ tantus pauor imminet quantū nō so
lum tunc videre, sed etiam nunc præuidere perti=
mescat. Consideratione nanq; tanti terroris metu
animus palpitat, & intentionis suę oculos declinās
intueri quod præuidet recusat. Et ideo bene dicit:
Ferre pōdus eius non potui. Subdit autem ibidem
Gregorius paucis adiectis. Sed inter hęc pēsandū
est ꝙ beatus Iob ista de se loquitur laudatus & fla
gellatus. Si igitur saltē ad meritorum ꝓfectū ita
percussus est qui sic timuerit, quomodo flagellādus
est qui contemnit? Licet autē omnia ad iudiciū me
moratū cōcurrentia nobis vehementiā timoris in
cutiāt: singulariter tñ quādo quattuor circa ipsum
attendimus. Quę sunt Generalis citatio. omnes em̄
peremptorie citant, nec vllus poterit se vllatenus
absentare. Ad Ro.xiiij. Oēs stabimus ante tribunal
Christi. Situalis locatio, qa nullus malus inter bo=
nos poterit locari, vt ibi saluetur. Dañ. decimoter=
tio. Separate eos abinuicem, & iudicabo eos &c.

Singular; discussio. quia vniuscuiusq; merita discu tientur. Tunc em̃ aperientur libri cõsciẽtiæ. Dañ. xiiij. Iudiciũ sedit: aperti sunt libri ei⁹. Tunc illumi nabit deus abscondita tenebrarũ, & manifesta erũt consilia cordiũ. j. ad Corin. iiij. De hac igit̃ discussio ne. Iohel. iij. Congregabo oẽs gentes & deducã in vallẽ Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis. Integralis punitio siue reprehẽsio. Tunc em̃ recipiẽt peccato= res duplicia de manu dñi ꝑ iniquitatib⁹ suis. Esa. xl. Tunc in anima & corpore punient̃, nec impuni= tus aliquis remanebit. Volens igitur Saluator ad timorẽ æterni iudicij nos inducere ex ratiõe quar= ta memorata nos inducit in euangelio hodierno. Cum venerit filius hominis. Vbi quattuor iuxta pręmissa tangũtur, vcʒ Cõuocatio singulorum ad cõparẽdum citius: Cũ venerit. Situatio citatorum ad distinguẽdũ aptius. Et separabit &c. Disquisitio meritoꝝ ad iudicãdum rectius. Tunc dicet ijs. Re tributio ꝑmiorum ad ꝑsoluendũ largius. Et ibunt hi in suppliciũ æternũ, iusti autẽ in vitã æternam.

B Ponitur ergo primo cõuocatio singulorũ dũ præ= mittit̃: cũ venerit fili⁹ hominis &c. Vbi aduerte in certitudinẽ iudicij quãtũ ad diem vel horã. s. cũ di cit Cũ venerit. Certũ est ꝙ erit iudiciũ: nõ enim est deus quasi homo vt mentiat̃, vt dicit̃ Nume. xxiij. Sed dies vel hora incerta est. Sicut em̃ teste Bernar. in quodã sermone, nihil in rebus humanis certius est morte, ita nil incertius hora mortis. Voluit em̃ nobis deus occultare illã horam: vt suspectã habere mus oẽm horã. Vnde dicit Saluator. Diem autem illam nemo nouit. Matth. xxiiij. Vnde propter hãc incertitudinẽ debet homo amplius fortificari in ti more & pręparari. Greg. in homilia. Horam vlti= mã idcirco dñs noster voluit esse ignotã, vt semper

possit esse suspecta:vt dum illā videre nō possum⁹, ad illā sine intermissione preparemur. Incertitudo igitur pmittitur temporis iudicij.& ideo qui istud tempus voluerit determinare breuiter,errabit &c. Nota de Ioachim & alijs multis.Sed hic cadit que= C stio vtrū aliquo modo possit sciri dies . Respondeo breuiter ꝙ nescitur dies,nec sciri potest nisi per di= uinā reuelationē. Vnde etiā angeli nescire possunt. Cuius ratio,quia dies nō veniet nisi impleto nume ro prius saluandorū qui debet equari numero illo= rū angelorum qui in patria remāserūt:vt perficiā= tur ordines angeloꝝ,& cum hoc fiat decimus ordo scꝫ illorū qui non erāt perfecti vt ad angelorū ordi nes assumi possint:sed faciēt decimā drachmā:sicut videtur sentire Anselmus , cur deus homo. secūdo xviij.& Rabanus.j.cap.vltimo,vbi sic dicit. Ad su pernā illam ciuitatē tātos credimus ascensuros ho mines quantos illic electos angelos remansisse. Hoc idem videt sentire beatus Augustinus.xxij.de ciui. dei.c.j.¶ Sed quid de hora? Responsio:scriptura vi D det de hoc diuersimode loqui.nā Matth.xxv.videt dicere ꝙ de nocte. Media autē nocte clamor factus est.Idem.xxiiij.videtur dicere ꝙ de die. De die autē illa &c.Idē.xx.cap.videt dicere ꝙ de sero. Cum sero inquit factū esset dixit dn̄s vinee &c.Sophonias vi= det dicere ꝙ de mane. Mane inquit dn̄s dabit iudi= ciū.Sed quicquid sit de facto,tamen mystice intelli= gēdo,hec omnia verificantur:quia ipse veniet de no cte quātum ad peccatorū improuisionē.De die quā tum ad occultorū reserationem.De sero quantū ad meritorū terminationē. De mane quātum ad pre= miorum inchoationē.¶ Attende secundo plenitudi E nē imperij seu dominij.quia filius hominis.Ioā.v. Pater om̄e iudicium dedit filio. & ibidem.Dedit ei

potestatem iudicium facere, quia filius hominis est.
F Nota, Christus deus est & homo: secundum diuinitatem habet potestatem & iurisdictionem ordinariam, quia secundum illam & creator est. Secundum vero humanitatem habet potestatem delegatam, & sibi a tota trinitate commissam, vt qui fuit redemptor ipse sit iudex. Vnde ad hoc apparebit in humanitate, vt ostendat electis quo modo beneficium incarnationis ad ipsorum non sufficiebat salutem, nisi quibus adhuc esset beneficium redemptionis: & vt ostendat reprobis quo modo digne reprobandi sint qui tantum beneficium contempserunt. ¶ Aliter possumus dicere
G ꝙ ipse in forma hominis iudicabit triplici ratione, videlicet ad conuincendum laxam familiam: ipse enim in forma hominis ostendit & docuit formam viuendi: & ideo in tali veniet ad iudicandum, vt ipse sit iudex & testis. Ad ostendendum celsam potentiam: quia enim in forma hominis iudicatus est: ne videretur hoc passus ex impotentia, idcirco in tali forma iudicabit. iuxta illud. Vt vincas cum iudicaris. Ad exhibendum & exercendum gratam clementiam. vt sit manifestum ꝙ in misericordia iudicabit puniendo citra condignum: idcirco veniet in humana forma, vt ex his quæ passus est, discat mi-
H sereri. ¶ Attende tertio celsitudinem fastigij, quia in maiestate sua, id est in gloria sua & in claritate sua. Gregorius super illud Matthæi vigesimoquarto. In nubibus cæli veniet cum potestate magna & maiestate. In maiestate, visuri sunt quem in humilitate videre noluerunt, vt tanto strictius virtutem sentiant quanto ceruicem cordis ad eius præsentiam non inclinant.

Vel in sede maiestatis, id est iudiciariæ potesta=
tis,quam meruit in passione, accepit in resurre=
ctione, et quæ manifestabitur in iudicio.& cętera.
¶Attende quarto pulchritudinem consortij: quia I
omnes angeli eius cum eo, scilicet vt sint mini=
stri resurrectionis: præcones & executores con=
demnationis: & erunt etiam assessores iudicij.
¶Vbi attende quinto altitudinem triclinij:quia se
debit in sede maiestatis suæ, id est in electis quie=
scet & simul leuabitur, vt appareat omnibus ma=
nifeste in maiestate. Augustinus de Ciuitate Dei.
Tunc manifestus veniet inter iustos & iniustos
iudicaturus iuste, qui occulte venit iudicandus
ab iniustis iniuste. ¶Attende tandem sexto & vlti= K
mo multitudinem collegij aduocati & citati per=
emptorie coram ipso: cum dicitur. Et congrega=
buntur omnes gentes. Omnes enim vt dictum
est stabimus ante tribunal Christi. Qualiter au=
tem ista fient dubium est.Dicunt communiter do=
ctores ꝙ primo venient illa signa mirabilia quæ
Christus dicit in Marco. Tunc enim erit tanta sic=
citas: & per consequens sterilitas: ꝙ maior pars
hominum & animalium peste & pœnuria morien
tur. Nam per multa tempora nihil vel modicum
pluet,scilicet per annos quattuor vt tradunt san=
cti: & ideo illis temporibus arcus cęlestis minime
apparebit, causa huius apparitionis desinente: &
tunc erit certum iudicium affuturum.Hæc autem
siccitas vt dicunt sancti disponet citius ad inflam=
mandum & comburendum. Illo insuper tempo=
re tot erunt inflationes vaporum siccorum, ꝙ
videbuntur omnes stellæ cadere de cælo:& tunc fiet
illa quindecim signa quę dicit Hieronymus se in he
bręorum annalib⁹ reperisse:quæ sunt ista. videlicet

Prima die eleuabitur mare tanq̃ murus sup altitu
dinem montiũ:non.xl.cubitus,vt aliqui dicunt,sed
tm̃.xv. qđ patet, quia nec tempore diluuij fuerunt
aquę amplius subleuatę,sicut dicit beatus Augusti=
nus.xx.de Ciui.dei.ca.xviij.Iste autẽ ascẽsus maris
significat ascensum abominationis & peccatoꝝ cõ=
missoꝝ. ¶ Secũda die intãtũ descẽdent ꝙ videri nõ
poterũt,ad significandũ ꝙ peccatores in profundũ
sunt cumulandi pœnarum, vbi amplius ipsoꝝ nõ
habebiť memoria.¶ Tertia die beluę marinę mari
reuertente ad locum suũ,stabũt in maris supficie,
& dabũt cõtra ipsam naturã mugitus & clamores
horribiles:ad signãdũ quasi velint de peccatoribus
postulare vindictã,quę etiã in primi hominis trãs=
gressione euaserũt maledictionẽ:quia sola terra tũc
fuit maledicta . ¶ Quarta die ignis cõburet mare
& aquas:& tũc omnia quę erũt in illis morientur.
& ex hoc peccatores aduertant qualiter & ipsi sunt
sentẽtia inuoluendi. ¶ Quinta die omnia volatilia
cęli cõgregabũť, nec p̃ timore & dolore amplius vo
lare poterũt,sed morabuntur in campis,& flebunt
& lachrymabũtur vt homines faciũt, & nil bibent
aut comedent. ¶ Sexta die erunt fulgura discurren
tia ab oriente in occidentẽ:& oẽs stellę tam fixę,q̃ er
raticę emittent miras comas. ¶ Septima die erunt
horrendi terręmotus & generales , p quos omnia
ædificia alta ruent.¶ Octaua die lapides se abinui=
cem collident in aere, & quilibet ipsoꝝ separabituř
in quattuor partes tã paruus q̃ magnus,figurans
resolutionẽ in quattuor elementa omniũ mixtoꝝ
firmoꝝ & solidoꝝ futurã.¶ Nona die omnes plan
tę & folia stillabunt guttas sanguineas ostendentes
terrã sanguine a crudelitate infectã & irrigatã. His
autẽ flentibus homines occultabũt se in cauernis:

tantusq; erit timor q se ibi cōprimens, & multi ex tali suffocatione opprimētur & suffocabūtur. ¶ Decima die omnia alta.s.montes & colles explanabūtur quasi in cinerē, ad significandū humiliationē superbientiū. ¶ Vndecima die venient omnia animalia de syluis ad campos dātia clamores validos, & nihil penitus gustantia: & tūc egredientur homines de cauernis, & ibunt sicut amētes, nihil sibi mutuo loquentes, sed prę furore & phrenesi mutuo se mordentes vt canes. ¶ Duodecima die ossa mortuorū & cineres, angelorꝫ ministerio recollecta stabunt separata ad corporū reintegrationē. ¶ Decimatertia die aperientur sepulturę, & patefient ad resurrectionem futurā: & eodem die oēs homines morientur. ¶ Decimaquarta die ignis conflagrationis purgabit totum mūdū. tum ad purificandū aerē.s.ne sit locus contaminatus vbi Christus cū toto cœtu bonorꝫ debeat esse: tum etiā vt colligant oēs mūdi fęces & secū portent in infernū. ¶ Decimaquinta die omnia renouabūtur, & tūc mortui audient vocem filij dei, & eius imperio resurgēt tam boni q̄ mali. Boni qdē resurgēt scdm ætatē plenitudinis Christi, mali vero vt puto non. Itēm mali cū suis deformitatibus. Et qd dicit Richardus: nō credo q q amisit oculum vnū anteq̄ aliquid cum illo offenderet, ipm non resumet vt cū illo crucietur. Morabit qlibet in loco suo, vbi.s.eius corpus iacuerat. Et tūc voce Archangelorꝫ qui præsunt prouincijs omnes peremptorie citabūtur. O vox formidanda a peccatoribus, qui piam vocē correctionis in hoc mundo, recusauerunt audire. Hanc autem vocem continue formidabat beatus Hieronymus sup Matth. dicens. Quotiēs diem illam cōsidero toto corpore contremisco: siue enim comedo, siue bibo, siue aliqd

aliud facio semper mihi videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis: surgite mortui venite ad iudicium.

¶Facta autem conuocatione tunc fiet corū situatio localis (quod est secundū quod tangit in euāgelio) varia inter reprobos & electos quātū ad duo Primo quia omnes reprobi situabūtur ad sinistrā dei: electi vero ponentur a dextris. O dura distinctio situs, quot nāq; putas sunt q modo vident sub diuina dextera constituti: qui non solum habent in hoc mundo prosperitatem, verum etiam qui videntur tanq̄ electi sanctitate fulgere: qui tunc flebiliter ad sinistram pellentur & econuerso. O durū diuortium qūando pater videbit se a filio separari & econuerso, & frater a fratre. Hæc igitur prima differentia quo ad situm. & hāc innuit Saluator cum dicit Et separabit eos abīuicē: sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem a dextris: hœdos autem a sinistris. Oues inquā quæ pastoris vocē audierunt fidem suscipiendo & legem perficiendo. Ioā. x. Oues meæ vocem meam audient. Separabit eos abinuicem &c. patrē separādo a filio &c. Osee. xiij. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Sicut pastor. nam impij in iudicio mactandi sunt. Hiere. xij. Congrega eos quasi gregem ad victimam, sanctifica (id est sacrifica) eos in die occisionis. Nam impij in iudicio mactandi, liberius in mundi pascuis impinguātur. Greg. xxj. Moral. cap. iiij. Dantur reprobis bona quæ in hac vita appetūt: quia desperatis ęgris omne quod desiderant nō negatur. Perpendāt igitur iusti quæ sunt mala quę iniquis imminēt: & nequaq̄ eorum felicitati inuideant quæ percurrit. Quid est enī q̄ de eos

rum gaudijs admirātur:quando & ipsi p iter aspe rum in salutis patriā : & illi quasi p amœna prata ad foueā tēdūt infernalem? Igitur separabit eos ab inuicem qui sicut pastor pro ouibus suis tradidit se:& tūc pingues mactabit:illos autem qui in afflictione fuerūt,ducet ad pascua æterna. ¶ Nota q p hœdos signat peccatores: per bonas oues & fœtosas,bonos. Ratio autē similitudinis est argumētū medicorum : dicūt em̄ q oīs fœtus de humida matre natus,quāto est ventri propinquior, tanto est deterior,& ecōuerso natus de sicca.& ideo hœdus in iuuēta sua ē melior:quāto aūt plus crescit,tāto deterior efficit.sic recte pctōres &c. ¶ Nota q peccatores cōculcabunt seipsos,& inter ipsos erit mutua pressura & mira propter arctitudinem loci. Iusti vero erūt subleuati a terra. Nota si scis exprimere ordinem quo vnusquisq in sua excellentia & in suo ordine apparebit:licet sit in margine inferius: & tamen nihilominus vnus erit gradus excellentioris & maioris beatitudinis:licet pticipet vnus in gradu perfectionis magis q̄ alius. Hic potes notare si vis ordinē iudicādorum quē ponit Gregorius. xxvj. lib. Mora. ca. xxxix. exponēs illud Iob. xxxvj. Sed nō saluat impios & iudiciū paupibus tribuit &c.

N

O

Facta autē iudicandorū situatione debita, iuxta exigētiā meritorum:tūc implebit qd dicit Dan. vij. Iudicium sedit: & libri aperti sunt.s.libri conscientię. O quid dicent aut quid facient miserabiles peccatores certi de sui damnatione,q nec bene agere,nec pœnitētiā in hoc mūdo facere voluerūt. Tūc em̄ fiēt eis oīa q̄ fecerūt manifesta. Ratio aūt est,qa sicut lux corporalis manifestat picturas & figuras corporum turpes vl' pulchras iuxta q̄litatē iporum cole P

rum: sic lux illa infinita ex suo splendore manifestabit quicquid vnq̃ fuerit in cordib⁹ bonũ siue malum. Nota quomodo iusti videbunt regem in decore suo, lętũ, festiuum, mansuetũ & benignũ: sed dãnati videbũt eũ tristẽ, seuerũ, horribilẽ: cuius aspectũ nõ poterunt sustinere. Ecce quod dicit Anselmus in orationib⁹ suis. O angustię vndiq; erũt, hinc accusantia peccata, inde terrens iustitia, subtus patens chaos horrendum inferni, desuper iratus iudex, intus cõscientia vrens, foris mundus ardens. Iustus vix saluabit: peccator vbi apparebit? in qua pte latebit? vbi nec diuertere poterit: latere erit impossibile: apparere intolerabile. hęc Anselmus. Tunc proculdubio dicẽt illud Lucę. xxiij. montibus. i. angelis (de quibus Psal. Montes in circuitu eius) cadite super nos. i. cito exequimini iustitiam contra nos inferendã. Quęrunt autẽ doctores vnde erit q vnus atq; idem dñs sic difformiter iustis & peccatoribus apparebit? Ad hoc respondet Greg. lib. xxxij. Mora. ca. ix. exponẽs illud Iob. xl. Disperge superbos in furore tuo. sic dicẽs. In extremo iudicio in semetipso incõmutabilis manẽs, nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur: sed tamẽ reprobis & electis nequaq̃ sub specie eiusdem incõmutabilitatis ostenditur, quia & tranquillus iustis, & iratus apparebit iniustis. Testem enim cõscientiã intra semetipsos deferunt: vnde eorũ mentes ęque vnũquodq; respiciant sed nõ ęqualiter modificẽtur: quia & iustis eũ benignũ ostendit anteacta iustitia: & illis terribilẽ, culpa. Quorũ pauorẽ quis explicet, cũ contigerit miseris & intra se culpas cernere & ante se iustũ iudicẽ videre? Hæc Greg. Vel aliter dicere possumus: q sicut ebrij ex oculorum infectione vident res aliter q̃ sint: vel sicut febricitantibus apparent dulcia &

sapida, insipida & amara ex infectiõe gustus: sic peccatores in tantũ erunt infecti ex maculis peccatorum, q̄ splendidũ iudicabunt tenebrosum.

¶Sequitur tertium.s.post situationem meritorum disceptatio: & sic prius dominus incipiet a bonis, quos.s.disponit. & hoc duplici ratione. Primo quidem quia ipse semper pronior est ad misericordiam q̄ ad iudicium, & ideo de operibus misericordię disceptaturus, ab operibus misericordiæ incipiet, & non ab operibus iustitię inferendę dãnandis. Secundo vt mali iustorum beatitudinẽ videãt & tristẽtur dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & prę angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorũ existimabamus insaniam & finem eorũ sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Sapientię.v. Hanc rationem assignat Bernar.sup Qui habitat. Alia ratio posset assignari.s.vt ostendat se inuitum dãnare reprobos. Threno.iij. Non eñ ex corde deus humiliauit & abiecit filios hominũ. Item ne boni ex dilatione affligerentur: quia spes quę differtur affligit animã. Prouer.xiij. Fiet igitur vt dictũ est: & tunc dicet rex his qui a dextris sunt. Venite bñdicti &c. Vbi aduerte. Gratiosam imitationẽ. Venite inquit. Prouer.ix. Venite & comedite panem meũ & bibite vinũ &c. Viscerosam suppositionem seu colligationẽ vel adoptionem. Benedicti patris mei, cuius.s.fuistis plasma per creationem, serui per subiectionẽ, filij per dilectionem, eritis hęredes per regni cęlestis possessionem: vt bñdictio domini sit sup caput iusti. Eccli.xliiij. Quilibet enim talis inter benedictos benedicetur.

R S

Eccl'i.xlvij.Gloriosam prẹmiationem:Percipite rẹgnum, Vos eritis reges.Apocal.primo. Fecisti nos regnum deo vestro.Studiosam ordinationem,quia hoc regnum non est casuale,sed prẹparatum vobis ab origine mundi.De qua prẹparatione studiosa & copiosa loquitur Apostolus primæ ad Corinth.ij. & accepit de Esa.lxiiij. Nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus ijs qui diligunt eũ.Et statim subiungit dominus causam tanti beneficij a se collati, inquiens. Esuriui enim & dedistis mihi manducare &c. Hæc omnia possunt non tm̃ literaliter, sed etiam moraliter exponi.Christus eñ sitit fidem nostrã.Ioã.iiij. Mulier,da mihi bibere. Et in cruce posit⁹ dixit:Sitio.Ioã.xix.Matth.xxj.Cum exiret a Bethania esurijt.Et hoc considerans sapiens Ecclesiasticus dicebat cap.iiij.Animam esuriẽtem ne despexeris. Esa. lviij.Cum effuderis esurienti animã tuã & animã afflictiuam repleueris,orietur in tenebris lux tua. Est etiam hospes,quia non inuenit vbi caput suum reclinet:& ipse continue pulsat ad ostium conscientiẹ nostræ,& nullus vult eum intra domũ recipere conscientiæ: immo siquãdo suscipiatur nimis cito ignominiose inde expellitur.Mirũ est ꝙ anima deo tam sit ingrata cũ sit omnibus quibuscũqꝫ vilibus mũdi & carnis nũcijs aperta,& ipsos tam diligẽter & sollicite introducat,foueat,& conseruet.Iudicũ.j. Oẽs vno animo regis mandato contradixerunt & remiserunt eius nũcios vacuos,ac sine honore abierunt. Nudus insuper est. quia ipsum non operimus charitate:cum dicat Esa.lviij. Cũ videris nudum,operi eũ, & carnẽ tuã ne despexeris.s.illũ qui propter te similem carnẽ tibi sumpsit.Infirmus est dum.s.nostram infirmitatem assumpsit & vult vi=

sitari gratitudine ac tanti beneficij recognitione Eccli.vij.Non te pigeat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis.Est tandem incarceratus.ad Ro.j.Veritatem dei in iniustitia detinēt. A quibus vult liberari per ipsorum ad pœnitentiā cōuersionem: vel per ipsorum correctionem.Eccli. iiij.Libera qui iniuriam patitur de manu superbi & non acide feras in anima tua.s.laborare pro ei⁹ liberatione. ¶Sequitur. Et dicūt domine quādo vidim⁹ te &c.& respōdet.Q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis. Nō simpliciter minimis,quia nō ei qui nequiter se humiliat & cui⁹ interiora plena sunt dolo ; sed dicit minimis meis quos mihi charitas copulauit.Sequitur tandē. Tūc dicet & ijs qui a sinistris erunt &c.vbi ponit dānatio reproborum,& damnationis causa subiūgitur Discedite &c. Vbi aduertendum est amarum repudium quo sic expellūtur.Discedite a me. Clamabūt siquidem damnandi dicētes . Domine aperi nobis. ostium videlicet tuę misericordię:ne patiaris a patre filios miseros separari vel elongari. Sed dominus respondebit. Recedite:qui scilicet ad me venire & accedere pertinaciter recusastis dum quotidie vocarem vos:& dicerem,venite filij audite me.Post illatum conuitium quo sic confundentur,maledicti, audientes damnādi amarum repudium seu diuortium quo cogentur a domino separari:clamabunt & dicent. Heu domine si omnes nos a teipso cogis recedere,saltem nobis beneficium tuę benedictionis impēde. Sed ecōtrario domin⁹ clamabit. Recedite maledicti.Psal.Benedictio elongabitur ab eis. Acerbum supplicium ad quod trāsmittuntur:in ignē.s. Vociferabūtur em̄ dicētes:dn̄e transmitte nos saltē ad locū alicui⁹ refrigerij ex quo tuam benedictionē

non possumus obtinere. Ad quos dñs. Ite in ignem, qui in mũdo positi prauis cõcupiscẽtijs exarsistis. Ignis grando nix spiritus procellarũ erit pars calicis eorum. Psal. O q̃ amara potio erit bibentium eam. Dicitur Esa. xxj. Protensum exiliũ quo sic proscribũtur, quia ęternũ. Plorantes eñi acclamabunt, Dñe fac vt hoc acerbũ suppliciũ celerius finiatur. Quib⁹ dñs. Nõ. sed imo erit æternum. ij. Thessal. primo. Pœnas dabit in interitu æterno. ¶ Tremẽdus cui submittũtur. s. diabolus. Paratũ diabolo q erit princeps vester. Clamabũt siquidem vlulantes & dicẽtes. Saltem dñe pSta nobis pacificũ & trãquillum rectorem: qui paterno affectu nostrę calamitati cõpatiat. quibus dñs respõdebit, nũq̃ fiet: sed eritis subditi patris vestri, quia ex patre diabolo estis. ¶ Horrendũ consortiũ cui annectũtur, quia addit Et angelis eius. Heu siquidẽ dñe clamabũt, saltẽ da nobis solatiũ gratę societatis vt possim⁹ respirare aliqualiter: sed ecõuerso dñs clamabit, nõ: sed eritis cũ angelis spiritibus reprobis qui esse cũ sanctis in tribulationibus noluistis. ¶ Inquietum hospitiũ in quo recludũtur. Et ibunt hi in supplicium æternũ. Heu miserabiles peccatores, qui tũc nullũ remediũ poterunt inuenire. Stabunt tunc iusti in magna cõstantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Iudiciũ (vt dicit Gregorius vbi supra) pauperibus tribuetur, quia qui nũc nequiter cõprimũtur ipsi tũc sup oppressores suos iudices erunt. O infelix peccator quid facies quãdo sic cõphẽsus nec ipse te poteris adiuuare vel excusare? Audi qđ dicit Hieronymus sup Matth. In iudicio (inquit) extremo opa singulorũ loquẽtur & ora tacebunt ne alter pro altero interueniat: sed singuli ibi timebunt. O lignũ aridum (ait Anselm⁹ in orationib⁹) & inutile, æternis ignis

bus dignū,quis respondebit in illa die qua exigetur a te vsq; ad ictum oculi omne tempus viuendi tibi impēsum qualiter fuerit a te expēsum?tunc examinabitur quicquid opis,& otij,& silentij vsq; ad minimā cogitationē:& hoc qđ vixisti,si non ad dei voluntatē fuerit directū. Vęh quot peccata prorūpēt ibi ex improuiso,quasi ex insidijs, quę modo nō videntur? Certe forte plura terribiliora ijs quę nunc vides:nūc esse mala putas:quę nūc esse bona credis, nudata facie apparebunt ibi nigerrima.Hęc Anselmus. Ibunt igitur peccatores in suppliciū æternū: supplicia quę non possunt verbis exprimi. Erit ibi duplex generalis pœna.s.pœna sensus,& pœna damni.Pœna sensus erit ad oēs quinq; sensus:nā quātū ad aures siue auditū, erunt ibi clamores cruciātium,& mutuo exhortātiū.Item blasphemię exprobrantiū & sibi mutuo maledicētium,patris filio & ecōuerso.Item gemitus lamētātium,& p̄ dolore ibi vlulatus horrendos dantiū. Ad oculos vero tenebrę palpabiles,excęcātes visum:fumus turbulentissimus & suffocatiuus,lachrymę obruētes oculos & faciem:aspectus pœnarum,tortoꝝ,& tormentoꝝ. Dicit eīn beatus Gregorius.ix.lib.Moral.cap.xlix. sup illud Iob.x. Et sempiternus horror inhabitat. Gehennę flāma nequaq̄ reprobis lucet ad cōsolationis gratiā,& tñ lucet ad pœnā : vt damnatoꝝ oculis supplicij ignis & nulla claritate cādeat, & ad doloris cumulū detenti qualiter crucientur ostendat. Ad odoratum fœtor intolerabilis ex feris illis quas inussit illę ignis conflagrationis . Item ex sulphure horrendo.Item cōscientia marcida generabit fœtorem maximū.Item vermes qui scaturient in carne & similiter tinea.Esa.xiiij. Subter te sternet tinea, & operimentum tuū erunt vermes. Ad gustū,quia V.

amaritudo peccati redūdabit in gustū. Item fel dra conū vinum eorū. Item serpētes horrendi qui ingredientur per os. Item fames perpetua. Item sitis cruciatū. Ad tactū, vermis, ignis, frigus, vlcera, tortores, tinea. Pœna damni erit de absentia diuina, vt ostēdit Augustinus in libro de triplici habitaculo modicū vltra principium sic inquiens. Principalia sunt duo tormenta in inferno, frigus intolerabile & calor ignis inextinguibilis. de quibus duob⁹ in
X numera pendēt tormētorum genera. ¶ Sed q̄ri potest quis sit modus hanc tam acerbam sententiā declinandi. Respondeo & dico ꝙ modum tradit sacra scriptura ī plęrisq; locis, dū scilicet te docet hœdos huiusmodi immolare. Potes de hoc accipere figurā si vis. Iudicū. vj. vbi dicitur ꝙ dum Geroboal qui alio nomine Gedeon dicit a paleis frumenta excuteret, angelum vidit: ad cui⁹ imperiū coxit hœdū: carnem supra petram posuit, ius carnium desuper fudit. Geroboal q alio nomine Gedeon dicitur habēs iudiciū interpretatur. Psal. Beati qui custodiūt iudicium & faciunt iustitiam omni tēpore. Iudiciū enim determinat causas. dicit Prouer. xxvj. Cogitationes iustorū, iustitia. Vbi debet homo cōtinue cōmorari: quia ibi legitur constitutus. Gene. ij. Plātauerat autem dn̄s deus paradisum voluptatis a principio, id est in oriente: in quo posuit hominem quem &c. Paradisus locus delitiarū animę est. Prouer. viij. Delitię meę eē cū filijs hominū. Dati sunt cibi inusitati & delicati quibus dominus ab anima vult pasci, & non cibis cōmunibus. i. operationib⁹
y mundanis: quia illis dn̄s fastiditur. Ponitur igitur paradisus in oriente. per orientē intellige aduentū ad iudiciū. Lucę. xvij. Et erit aduētus filij hominis quasi fulgor qui exijt ab oriēte. Vel p orientē Chri-

stum,quia vir oriens nomē eius.Zacha.iij.Ita igitur debet plantari mens fidelis ad orientē vt semp habeat diuinū iudiciū p̄ oculis,semp℞ formidet & timeat,quia Esa.iij. Popule meus qui beatum te dicunt,ipsi te decipiunt.Et Leuiti.primo. preceptum est vt vesicula ouiculę poneretur in oriente altaris in loco vbi erant cineres:innuens ad memoriā iudicij motus elationis reprimere. Itē quādo motus elationis surgit in te, & inflaris ad modum vesicæ quę nihil continet nisi ventum,pone te ad oriētem id est ad Christum : vnde talia oriuntur de quibus te exaltas, vel cogita ꝙ nulla sint respectu illorum quę pro te Christus passus est:puta si de sanctitate gloriatus fueris. Igitur iudicium Geroboal summitatem virgæ cędit cum rectitudine.iudicij: quia vt ait Gregorius , virtutum gratia separat a paleis vitiorum. Hœdum occidere est carnis appetitum mortificare. Carnes eius supra petrā ponere est corpus nostrum ad Christi imitationem cruciare.Ius carniū est etiam carnales delectationes exsiccare:si quidē in te natant,sic cor in cogitationibus. Et tūc quasi ius in petram funditur ex carne liquida,quādo mēs a cogitatione carnali fluxū euacuat: sic℞ accenditur sacrificiū,& in flāma dilectionis ad deū angelo pducente transuolat: & sic sui & populi liberatio impetraẗ. Si autē de hoc vis aliā figurā: accipere potes historiā de Iacob.Gen̄.xxvij. vbi dicit Rebecca ad Iacob.Affer mihi duos hœdos optimos &c.Narra historiā.Nota Rebecca ecclesia.Iacob vir simplex,q mūdū nititur supplātare. Hœdi appetitus inordinati ex fœditate caprę.i. peccati exorti.Sed optimi dicūtur si mactētur: quia diligētibus deū omnia coopantur in bonū. Mactanẗ igiẗ per detestationem peccatoꝝ & cōfessionem &c. Z

Feria Tertia Primę Hebdomadę Sermo.I.

A DOcebat eos de regno dei. Matthęi xxj. Q; diuina gratia habeat informare statim, protestat diuina scriptura in pluribus locis.j.Ioan.ij. Vnctio docebit vos de omnibus.& in euang.cap.xvj. Cum venerit ille spiritus docebit vos omnem veritatē. Vt igit hanc appetamus propter tria ad hoc inducit nos Saluator in verbo ꝓposito. vꝫ ꝙ verbū ei⁹ ē instructio clarioris euidentię, dignioris excellentię, dulcioris cōplacētię.Primū ibi.De regno dei. Tertium,ꝙ de deo.Cum intrasset Iesus hierosolymam cōmota est &c. Secundū ꝙ dicit beatus Amb.super Luc.lib.v. cap.xxiiij.Studia virtutū sine gratia torpescūt. Et ideo beatus Bernar.super Cant.sermone.lj.Diligēter inquit considera quę apponūtur:vt nulla videlicet dei dona debita actione gratiarū frustrētur, nō grādia, nō mediocria,nō pusilla.Deniqꝫ fragmēta colligere iubemur ne pereant.i.nec minima beneficia obliuisci.Nunquid nō perit qđ donatur ingrato?Hæc Bernar.Vt igitur virtus in nobis gratitudinis debitę obseruetur,oportet vt de his quę deus nobis dedit debitę ei recognitionis munera afferamus,nisi volumus argui sceleris vt ingrati. Verè saluator noster ad pietatis opera heri nos induxit: verum hæc pietatis opera aliqui volunt vēdere nō donare,cōtra saluatoris pręceptum. Matth.x.dicētis.Gratis accepistis,gratis date.Idcirco ad ea offerēda liberaliter admonemur in euāgelio hodierno: in quo quattuor innuunt, vꝫ Stupor admirationis ex cōcursu populorū.Cum intrasset. Rigor castigationis pro defectu cōmissorū.Et intrauit Iesus

in templū dei,& eijciebat &c. Liuor indignationis ex anfractu inuidorū. Et accesserunt. Tenor cōfutationis ex processu conscriptorum. Nunq̄ legistis.

¶Quantum ad primum narrat euangelista B
ꝙ veniente Iesu facta est ꝑpter famā ipsius magna cōmotio in populo dicēte, Quis est hic? Reuera nū q̄ deus ciuitatē animę nostrę ingredit, quin magna cōmotio subsequatur. Q̄ si quęris quęnā sit hæc cōmotio: Respondeo ꝙ secundū diuersitatē aduentus hęc ciuitas diuersimode cōmouetur. Venit eñ deꝰ ad ciuitatē quādoq̧ per mortē, ad quā sequit gloria: sicut heri patuit in beatis,& tunc fit magna cōmotio. Matth. vltimo. Et ecce terręmotus factꝰ est magnus. Angelus autē dn̄i descēdit de cęlo. Angelus dn̄i est nūcius, qui eū citat in morte corā deo. Terręmotus magnus est quādo homo terrenus transcendit sc3 vsq̧ ad cęlū empyreū. Hæc vero est mutatio dexterę excelsi. Quādoq̧ per dānationē, sicut patet in reprobis: ibi fit cōmutatio magna: dū.s.conturbātur interius, deformātur exterius, relegātur inferius: vbi debēt ꝑpetuo cruciari & tormētari. Psal. Conturbati sunt omnes & moti sunt, quoniā iratꝰ est eis &c. Quandoq̧ per inspirationē, siue fiat per flagella, siue per beneficia, siue per p̄dicationē: & tūc fit in hac ciuitate de qua loquit euāgelista.i. in anima cōmotio: quia memoria turbat de cōmissis, intellectiua illustrat, voluntas inflāmatur ad peccata detestanda. Eccl'i.xxix. Cōmouit eos quasi fluctꝰ maris.& Threno.iiij. Magna est velut mare contritio C
tua. Ponit autē exemplum de mari, quia mare quattuor facit. Habet eñ generare dolores capitis, immittere turbationē in stomachū, prouocare vomitū, auferre appetitum. Sic certę signū est ꝙ deus ci-

uitatē animę nostrę intrauit quādo est dolor in mē te:cōturbatio in cōsciētia,quę vult reijcere peccatū, vomitus confessionis, & nausea siue extinctio ap= petitus inordinati. De huiusmodi ciuitatis cōmo=
E tione & ꝯmutatione habet figura Ezech.xxviij. vbi dicit ꝙ Ezechias muniuit ciuitatē suā &c. Vbi attē de Diuinam excellentiā existentē. Ezechi.mu.ci.suā. Supnā influētiā imbuētē, Et induxit in medio eius aquā.i.gratiā in cor. Internā displicentiā cōterentē: Et fodit ferro rupē. Perfectā obseruātiam defenden tem, Et ædificauit in ea puteū. Ezechias interpretat auxiliū dñi, vel confortatus a dño. Psal. Manus em̄ mea auxiliabitur illi &c. & inducit in medio eius aquas.s.deuotionis vel spiritualis doctrinę & consi lij, quę facit salire in vitā æternā. Ioan.x. & fodit fer ro, id est pœnali contritione pertransiuit animam eius: rupem, id est cordis duritiam: & ædificauit in ea puteum profundę humilitatis: vt ibi aquæ gra= tiæ vlterius scaturirent: quia deus humilibus dat gratiam. Hic est puteus iuramenti. Gen̄.xlvi. quia iureiurando facit deus crescere ipsos per meritū in plebē suā: quia qui se humiliat exaltabitur.

D Sequitur secundū.s.eiectio vendentium & emētiū &c. Narra historiā quomodo in Hierusalē post aduentum suū intrauit templū &c. Moraliter quid p oues, quid p boues &c. Nudāda est vna expo sitio. Oues signāt opa misericordię: quia cibāt car= ne, potant lacte, induūt lana, & breuiter ouis scd̄m se totā vtilis est. Psal. Oues eoꝝ fœtosę &c. Boues si gnāt statū pœnitentiū: qui vomere fidei proscindūt terrā proprij corporis vt radificēt scientias virtu= tū &c. Esa.j. Cognouit bos possessorem suū. Colūbę signant illos qui per cōtemplationē ad deum volāt

nõ inuenientes in diluuio huius mũdi vbi pes suus id est affectus quiescat,quia nihil inueniunt nisi cadauera putrida peccatorum. Hæ tres differentiæ sunt quibus respondent tres fructus. Bobus.i.coniugatis tricesimus: quia implent pcepta in fide trinitatis. Ouibus.i.viduis sexagesimus,quia multiplicãt opera preceptorum per opera misericordiæ in quibus insistunt. Columbis quę sunt pueri.i.virgines,debet fructus cẽtesimus. Nota de bobus,quibus imponitur iugũ.s.obligatio preceptoruȝ: quia vinculum signat charitatem quæ ligat membra cũ capite Christo:& ex charitate vnitur & coniũgitur homo cum proximo. Sed si hęc ista signant cur Saluator expellit ea de templo? Respõsio. ista sunt diuinę oblationi deputata. Non enim in tẽplo vendi debent sed libere offerri. Leuiti.xx. Omnis oblatio quę offertur dño absq; fermento.s.inordinatę intentionis,fiet. Vnde & Augustinus. Sine macula & simila sine furfure sibi pcepit offerri. Mensa mercatorum est fiducia cõmodi temporalis. Ad hoc ieiunas vt deus dirigat mercationes tuas &c. Funis est amor quo mũdo puta diuitijs vel consanguineis ligaris. Prouerb.vij. Texui funibus lectulum meum. id est cordis mei quietem. Iudicũ.xvj. Si septem neruis funibus necdum siccis ligatus fuero: tunc infirmus ero vt cæteri homines. Nota nerui a carne procedunt sic amor tẽporalis. Sed quid facit deus? de isto amore & de istis funibus te flagellat,quia ibi te percutit vbi tumebas. Sicut enim deus virga indignationis suæ percutit iniquos sic flagello castigationis suæ percutit filios dissolutionis. Psalmista. Visitabo in virga iniquitates eorum, quantum ad iniquos. & in verberibus peccata eorum, quantum ad illos qui suum amorem nimis in tẽporalib⁹ ponũt.

F ¶ Nota quãtum ad pœnitentiã ꝙ homo quãtũcũqꝫ sapiens, debet requirere consilium sacerdotis. Sicut eñ oculus omnia videt, & tñ seipsum videre nõ potest: sic sapiens facta aliena potest & nõ propria intueri. Officium autẽ confessoris est discernere inter lepram & leprã. De quibus Leui.xiij. Sicut autem species lepræ assignant, sic grad⁹ peccati. Gregori⁹. In capillis.i.in cogitationibus, quæ a capite.i.a mẽte defluũt. In capite.i.in delectatione. In barba.i.in fragilitate animi quãdo inclinatus fuerit. In cute.i. ope exteriori quando actu cõmisit. In viua carne.i. si frequenter incipit crescere. In vlcere.i.in consuetudine quãdo homo est infamis. In vulnere.i.in corrosione quãdo exesit ex alterius consortio. Oia ista debet confessor diligenter attendere &c.

Feria.III.in eadem.Sermo.II.

A CVm intrasset Iesus Hierosolymã &c. Matth.xxj. Beatus Gregorius.j.lib.Moral. cap.xxxij. pertractans illud Iob.i.Ibant filij eius & faciebant cõuiuia per domos, vnusquisqꝫ in die suo.dicit. Filij ꝑ domos conuiuiũ faciũt dũ virtutes singulæ iuxta modum ꝓpriũ mentẽ pascunt. Vnde bene dicitur, Vnusquisqꝫ in die suo. Dies eñ vniuscuiusqꝫ filij est illuminatio & illustratio vniuscuiusqꝫ virtutis. Et ꝑmissa distinctione donoꝝ siue virtutum, & ostẽso quo modo vnũquodqꝫ donum siue vnaquæqꝫ virtus celebrat diẽ suũ, subiungit sic. Sed illud in hoc filioꝝ cõuiuio perscrutandum video ꝙ semetipsos inuicẽ pascunt. Valde eñ singula quælibet destituit si nõ vna alij virtus virtuti suffragetur. Minor quippe est si itellectu careat: & valde inutilis intellectus est si ex sapiẽtia nõ subsistat. Et post multa cap.subsequenti.s.xxxiij.adiungit ꝙ

virtutes naturales non solū mutuo se inuitant, sed etiā vocant sorores suas tres.s.fidem, spem, & charitatem. Ex his igitur Gregorij verbis illud colligitur, videlicet ꝙ vna virtus nō possit sine alia cōseruari: immo sine alia inutilis est & vana. Illa autem inter alias quę magis habeat officiū cōseruandi, est illa quę respicit diuinū cultū, & ad illā videntur cęterę ordinari. Quia igitur frequēter & plurimū errant homines circa illā, & ꝑ cōsequens cōnexionem dirimit aliarū: idcirco ad illā debite acquirēdā nos inducit Saluator in Euangelio hodierno, dicēs. Cū intrasset Iesus. In quo qdē quattuor innuūtur. vꝫ

Stupor ammirationis ex concursu populorum.
Rigor castigationis, pro abusu diuinorum.
Liuor indignationis, in conflictu inuidorum.
Tenor confutationis, ex processu conscriptorum.

¶ Colligitur autē ammirationis stupor ex insolita cōmotione: Cū intrasset Iesus. Castigationis rigor ex authentica expulsione. Indignationis rancor, ex maliuola obiectione. Confutationis tenor ex ꝓphetica protestatione, Iesus dicit &c.

Pręmittitur ergo stupor ammirationis ex cōcursu populoꝝ. Vbi aduertere possumus.iiij. vꝫ B

Gratiosam visitationem accedentis domini.
Gaudiosam excitationem occurrentis populi.
Seriosam percunctationem diligentis studij.
Luculentam illuminationem excellentis tituli.

Cōmendabant autē ipsum de quattuor.s. de clementia miserantis dulcoris. Hic est Iesus. De notitia dirigentis splendoris. Propheta. De mūditia excellentis pudoris. Nazarenus. De iustitia exercentis rigoris, Quia Galilęus.i. rotās.s. peccatores.j.Re.xxv. Anima inimicoꝝ tuoꝝ rotabitur. Ergo si es plenꝰ

peccatis, hic est Iesus miserãs viscerose. Si ignoras, hic est ꝓpheta radians luminose. Si debilis aut fragilis, hic est Nazarenus recreans copiose. Si obstinatus: hic est Galilęus conterẽs dolorose. de qua rota
C tione patuit in euãgelio hesterno. ❡ Aduerte autẽ ꝙ iste benedictus flos recreat: quia odore: quia decore: quia pudore, quia sapore. Sic enĩ est flos ꝙ cum hoc simul est fructus. Nota de ingressu Christi quãdo ipse ingressus est ciuitatẽ huius mundi ad assumendũ carnis ciliciũ: tunc mutatio magna fuit facta, quia fuit tunc virginitas fœcundata, diuinitas infirmata, infirmitas subleuata, sublimitas inclinata, immensitas coarctata, æternitas tẽperata, & sic per ordinẽ. Nota de fructu. quia secũdũ Damasce. in paradiso delitiarũ semper sunt flores & fructus. Vnde Eccli. xxiiij. Flores mei fruct⁹ honoris & honestatis. & hoc videmus in qbusdã arborib⁹ quę habẽt fructus pro florib⁹ sicut patet in ficulnea. Secũdo subiũgit rigor castigatiõis &c. ꝓseqre euãgeliũ.

Feria Quarta.

A DAbitur ei signum Ionæ prophetæ. Matth. xij. Diuinam gratiam debet homo omni tẽpore implorare, triplici ratiõe: videlicet quia homo ad ipsam benigniter inuitaẽ, Dabitur ei. Ad ipsam vtiliter regulaẽ. Signũ. Etiã mentaliter expiatur vel cõsecratur. Ionę. qui interpreta
B tur colũba &c. ❡ Dabitur &c. Quęrit Chrysostom⁹ super Matth. Homil. xiij. in minori, quæ mereatur oratio siue petitio exaudiri, & respondet ꝙ illa sola quę est ad reuerentiã nõ ad contumeliam concedentis. Vnde & ipse Saluator dando nobis formam in vnaquaq; petitione tenenda, vt idem Chrysostom⁹ dicit, nomen amoris & reuerentiæ pręmittere vo-

luit,& non timoris dicendo,Pater noster qui es in cælis. Petitio nanq; quæ diuinę derogat bonitati; pro eo ꝙ ipsa sit ad peccatum, condemnationem meretur nō gratiam. Et licet de hoc exempla q̄plurima possent poni,sufficiat tamen exemplum quod in Euangelio hodierno recitatur. In quo quattuor innuūtur,videlicet
Petitio deceptionis. Accesserunt ad Iesum.
Respōsio directionis vel Instructiōis. Gñatio mala.
Prædictio damnationis. Cum immundus.
Perscriptio cognitionis. Adhuc loquente.
¶ Aliter potest dictum euangelium introduci sic. Licet cuncta opera conditoris sint eius diuinitatis & excellentiæ ostensiua:quia Sapien.xiij. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter potest creator horum videri: illud tamen quod eius excellentem præsidentiam manifestat est misericordia. Ratio autem est,quia quādo res in seipsa nō potest videri,oportet ꝙ ex sua proprietate cognoscatur. Exēplū de ferro:qđ cognoscit vtrū sit ignitū,quia vehemēter est calidū &c. Vel vtrū hoc sit verū aurū &c. quia est igne examinatū. Nūc aūt visa est diuina ꝑprietas,q̄ oēs alias añcedit. Deus cui ꝓpriū est misereri & ꝑcere.cantat ecclesia. Igit &c. Vnde si q̄ris, quid est misericordia? Respondeo. Nihil aliud est q̄ misero cordis impēsio,nō solū ꝑ dilectionē, verum etiā ꝑ compassionē & ostensionē subuētionis si fieri potest. In hoc igit ꝙ dei filius seipsum obtulit ꝓ humana natura,exuberantiā suę misericordię & pietatis ostendit, & ꝑ cōsequēs excellentiam diuinitatis. Quotiēs igitur ad contemplationem diuinitatis ascendere cupis, pręponitur tibi via & signum directiuū, scilicet inspectio inexplicabilis pietatis. ꝙ si per illud signum eius diuinitatem aspicere nō

lueris, erit tibi signum .s. iustitię futurę condemna-tionis sicut patuit in Iudęis. Et ꝙ hoc sit verum ti bi declarat euangeliũ hodiernũ: in quo Christus si-gnũ petentibus suę diuinitatis, nullũ aliud dedit ni si signum Ionę prophetę .i. per quod figuratur veri tas eius mortis & immolationis. Deinde vt supra, narra historiam primę partis: & cuius signũ pete-bant, & qua intẽtione. Sequit. ¶ Respondẽs ait illis:

D Generatio mala (per inuidiã & nequitiam) & adul-tera p idololatriã. superadde vsq; Sic erit filius ho-minis in corde terrę. Ionas .i. colũba signat cor ho-minis, in quo debet esse simplicitas colũbina. Psal.

E Cor mundũ crea in me &c. Niniue germen pulchri tudinis pulchrã animam pfigurat. de qua Cãti. iiij. Tota pulchra es amica mea. hoc animę canit iustę, sed peccatũ fœdat. ideo ad eã mittitur Ionas per di-uinã inspirationẽ, ad cor .s. hominis: vt ipsi interi-tũ nunciet si nõ agat pœnitẽtiã. Vnde dixit: Adhuc quadraginta dies &c. vbi ducitur vicenarius in vi cenarium, malum culpę in malũ pœnę. & ideo dicit Niniue subuertetur. Nunciũ deus mittit miserabi lem: quia fuit transgressor diuini pręcepti, & diui-nę inspirationis: fugit a facie dei in Tarsis. Quomo-do ibit in Niniuẽ .i. in animã .s. quę nõ vult esse cũ

F ipso? Tarsis q̃ dissipans speculũ interpretat: gau-dium mundanũ signat, quod dissipat speculũ fidei: quia videmus nũc per speculum in ęnigmate. dissi-pat inquã operibus fœdis. Mare est mũdus per quẽ ad istud gaudiũ peruenitur: sed frequẽter anteq̃ per ueniat homo ad gaudiũ qđ affectat, a marina belua id est dęmone deuoratur. Nauis ista caro est ppria quę semper te ducit in Tarsis .i. in mũdanã lętitiã. Hanc ascẽdit Ionas vt fugiat a facie dñi, nõ atten-dens ꝙ dñs in spiritu dñi conteret naues Tarsis.

Psal. In hac naui graui sopore iacet, Ionas columbe seducta.i.miserabile cor peccatoris sopitū. Surge q dormis dicit Apostol⁹ &c.¶ Nota ꝙ clausę sunt fenestrę per quas deberet lux ingredi & dies apparere: & ideo dormis vertēdo te de latere in latus.i.de peccato in peccatū. vsq̄quo piger dormis? Tēpestas mundi aduersitasq; nō sinit hominem frequēter in Tarsis.i.ad gaudiū peruenire quod optat. O infelix peccator quomodo potes dormire in tā valida tēpestate? Nautę corporis tui excitant te & excitare conātur: vt inuoces deū tuū. An nō excitat te dolor capitis? An nō cęcuties oculoꝝ? An nō debilitas mēbrorū? Inuoca deū tuum. Sed quid debet excitare & dicere? Mitte te in mare.s.amarę contritionis: quia Threno.ij. Magna est velut mare cōtritio tua. Sis in corde ceti.i.dęmonis qui deuorauerat: sis inquā nō per habitationē sed per cōsiderationē & meditationē, tribus diebus: quia cōsideres Diuinā potentiā quæ ad pœnitentiā te adducit, q̄ dies prima. Hostis fraudulentiā quæ te decipit, & a iustitia abducit quę dies secūda. Amicitiam dei quā gratis contēpsisti, & hęc est tertia dies. Vel sic. Nequitiā hostis cui te cōmisisti. Gaudia a quibus excludebaris. Et tormenta quibus deputabaris. Et tunc piscis euomet te de ore suo & ad littus proijciet. Sic erit filius hominis. hoc voluit dicere Christus ꝙ haberēt signū suæ dānationis & reprobationis nō signū saluationis. Petierunt enim signū in profundum inferni & nō in excelsum supra. Esa.vij. Hoc signū impressuꝫ est eis quādo dixerūt. Sanguis eius super nos & sup filios nostros &c. Tunc facta est oratio eorū in peccatū. Habuerunt signū: quia Christi mortē pertractauerūt, sed nō eius resurrectionē crediderunt: & ideo dicit non dabitur aliud signū &c. Sic erit filius

hominis in corde terrę, scilicet peccatoris: stat mortuus, nec vis ei aperire cum continue clamet. Iob. x. Terra ne operiaris sanguinē meū. Stat mortuus tribus diebus, quia triplicem radium immittit tibi boni, scilicet tēporalis, corporalis, & spiritualis, & tribus noctibus. s. triplicis punitionis. s. in propria persona, in temporalibus bonis, & in consanguineis. Sicut fuit Ionas tribus diebus: quia in pue
K ritia, iuuentute, & senectute. Sed aduerte ꝙ nisi nūc resurgat in te per gratiam, his diebus transactis, resurget per horrendam iustitiā. Cum immundus
L spiritus: immūdus est tam formaliter q̄ effectiue. Fœdat enim omnē locū. i. cōscientiā per quā trāsit. Malach. ij. Contaminauit sanctificationem dei, quā dilexit. Ambulat per loca arida. i. per conscientias sanctorum: quæ sunt instinctu spiritus sancti exiccatę. Gen. viij. Adduxit dominus spiritum sup terram & imminutę sunt aquæ. s. mundanarum voluptatum. & infra. Aspexit Noe viditq; ꝙ exiccata esset superficies terræ. Ambulat inquam per suggestionē &c. Aliter expulsus p pœnitētiā reuertit p
M recidiuū, cum septem spiritibus nequioribus, quia recidiuans septem transgressiones committit, vt Ingratitudinem veniç sibi factę.
Fracturam fœderis quo deo promiserat non peccare mortaliter.
Subsannationem misericordię cui illusit.
Cōtumeliā sacramēti ꝓfessiōis & matrimonij p eā ꝓtracti iter deū & iter se: & tradidit se i man⁹ iimici.
Iniquitatem retributionis eijciendo dominum.
Perditionem dei castri, qđ peccādo tradidit in manus inimici. Et iniquitatem transgressionis &c.

Feria. V.

EGressus Iesus secessit in partes Ty A
ri & Sidonis &c. Matthei.xv. Scriptura diuina que teste Augustino.ij.de doctrina christiana, vtitur magis in sua significatione pprietatibus rerũ q̃ in verbis: dũmodo consonã proprietatẽ accipiat,a vocis significatione nõ curat dissonare. Exemplum patet in multis. Nam quia per cor siue per affectũ ad animã ingredit spirituale nutrimentum:idcirco vocat frequẽter ipm os:vt Psal.Os iusti meditabitur sapientiã.& alibi. Aperi os tuũ & adimplebo illud eo ꝙ hec dilatatio fit ad formã vasis:quod profundatione & distẽtione fit capacius.Hec distentio est bone vite cõtinuatio.Hec ꝓfunditas est hũilitas.Greg.lib.xx.Mora. cap.xxv.Affectus siue cor ad ꝓmerẽda celestia tãtũ fit capax quãtum fuerit in expectando longanimis. Et ideo alto consilio omnipotens deus,cum sancti eius,aduersariorum persecutionibus comprimuntur:cũqȝ assiduis vt liberẽtur interpellationib⁹ clamãt:differre solet voces seu vota petentiũ, vt merita patientiũ crescant: quatenus eo magis exaudiantur ad meritũ,quo citius nõ exaudiuntur advotũ. Ipse reuera dicit per prophetã. Dilata os tuum(siue affectũ,qđ fit per longanimitatẽ patiẽtie expectãtis)& ego implebo illud &c.vt supra. Quã patiẽtiã qa ista sãcta mulier habuit, idcirco a dño excellẽter meruit exaudiri:sicut euãgeliũ ꝓtestat. Igit egressus &c.I quo q̃ttuor notant.vꝫ Clãgor ĩploratiõis pulsant diuitatẽ.Egress⁹ Ies⁹. Rigor exprobratiõis ꝓbãtis hũilitatẽ.qa nõ rñdit ei xbũ.Vigor ꝑduratiónis mõstrãt stabilitatẽ.At illa &c.Tenor exauditionis donãt salubritatẽ.tũc rñdẽs Ies⁹ ait.O mulier.

¶Quantũ ad primũ attẽdere debem⁹ dul-

corosam dignationē venientis,Egressus Iesus. Vir
tuosam conditionē accurrētis,Ecce mulier.Lachry
B mosam petitionē indigentis,Filia mea. ¶ Vnde no
ta quare venit,quia Saluator: quia sole adueniente
fit salus.j.Reg.xj.Erit vobis salus cū icaluerit sol,
Et vnde venit:quia de Nazareth,quę iterpretatur
orta natiuitas,siue ortū principiū. Miche.v.Egres
sus Iesus a principio dierū æternitatis eius. Psal.
A summo cęlo egressio eius &c.Alio modo interpta
tur generans dura:& significat diuinā iustitiam:q̄
concutit & conturbat mare.i.peccatores:vel indu-
cit sup eos fluctus punitionū & vndas pœnarum:
Flauit spiritus tuus,& operuit eos mare &c.Quid
est motus p quem incessit, quia secessit.i.seorsum a
sua æterna natiuitate & a sua iustitia pcul recessit.
Quis locus ad quē accessit. quia in ptes Tyri & Si
donis.Nota,nō dicit simpliciter i Tyrū & Sidonē,
sed in ptes Tyri & Sidonis.Si em̄ loquamur de pri
mo Christi aduentu ipse venit in ptes Tyri.Tyrus
em̄ interp̄tatur angustia.Hęc aūt habet duas ptes.
vna est culpę:alia pœnę. Secundā deus dei filius as-
sumpsit.primā vero nō:nisi scd̄m similitudinē pro
quāto pœna videtur.Ecce punitio culpę. Vnde nec
peccatū,nec ignorantiā:nec difficultatē ad bonum:
nec pronitatē ad malū deus assumpsit:quia ista nil
nobis cōtulissent.Sidon vero interp̄tatur venatio,
& hęc similiter habet duas ptes.s.ad animā.nā si es
in angustia culpę ipse venit in ptes, quia intellectū
inspirando:quia intellectus est volūtati ppinquus
in qua est culpa. Venit etiā corpus flagellando &c.
Si es in angustia pœnę: ipse similiter venit in ptes
pœnā.s.mitigando:tolerantiā siue patientiā confe-
rendo. Si vero es in Sidone.i.in venatione gratiæ
ipse venit ad ptes,dū.s.tibi accēdit desideriū vt qua

geat meritũ &c. ¶ De isto secessu Christi, habemus C
figuram.ij.Mach.v.vbi sic dicit.Iudas Machabęus
qui decimus fuerat, secessit in desertũ locũ, ibiq; in=
ter feras vitã in mõtibus cum suis agebat, & fœni
cibo vescẽtes demorabãtur ne pticipes essent coin=
quinationis. ¶ Vbi attẽde Sublimitatẽ fastigij emi
nentis, quia Iudas qui glorificãs vel cõfidens inter= i
pretatur illo q dicit.Matth.xj.Confitebor tibi pa=
ter &c.Et alibi, Qui me confessus fuerit &c. & Ioã.
viij. Ego gloriam meã nõ quęro. Sed certe q̃rebat
gloriã patris. Sed Machabęus.i.protegens, adiutor
eñ meus & protector factus est mihi in salutẽ, qui
fuerat decimus, quia finis limes & termin⁹ omniũ
entium quę ab ipso ad instar numeri processerunt:
vel decimus, quia supremus ad nouẽ ordines ange
lorum. Benignitatem p̃cordij miserantis, quia seces D
serat.i.abierat. Papias.i.singulariter abscedere. Sed
benedictus dei filius non potuit magis abscedere q̃
assumendo omnes nostras miserias pręter culpabi
les .ideo bene in desertum. Esa.primo. Terra nostra
deserta: regionẽ nostrã corã nobis alieni deuorant.
Trãquillitatẽ sacrarij patientis, quia humiliter de
moratus est inter feras quæ crudeliter suũ medicũ
peremerunt: immo q̃ seip̃as spiritualiter perimũt
telis mortalibus se libere exponentes. sic eñ prędi=
ctum ipsi fuerat. Dañ.iiij. Cum bestijs ferisq; erit
habitatio tua. Sed q demorabatur in montibus cũ
suis: ipse eñ demoratus est ad literã in montibus,
quia in culmine virtutum & pfectionũ. sed demora
tur nũc in mõte vberrimo misericordię suę: in mõ
te.s.Olíueti: in monte.s.vbi fluenta gratiarũ scatu=
riunt. Hic est mons dei, mons pinguis. Sedulitatẽ
armarij recondentis: siue connubij annectentis: qa
fœni cibo vescębatur: quia peccatores vult sibi an

nectere & eos sibi incorporare. Danie.x. Fœnum vt bos comedes. fœnum de quo Psal. Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnũ, & apparuerint oẽs &c. & alibi. Homo sicut fœnum. Attẽditur etiã motus celeritas. Et ecce.i.statim.non enim tardauit, sed statim egressa est.

E ¶Quantum ad secundum, vbi ponitur sexus fragilitas: quia mulier. Cultus disparitas: a finibus illis egressa. Nota de hoc figurã.iiij.Regũ.viij. vbi dicitur. Cũ finiti essent septẽ anni.s.famis pteritę, reuersa ẽ de terra Phylistijm mulier: & ingressa est vt interpellaret regẽ pro domo sua & pro agris suis. In quibus verbis attende. Deuastitatẽ designari, animã destituentẽ: quia septem anni id est vniuersa peccata quibus anima fuerat peregrina a deo. Sanitatem inchoari maculã abijcientem: & ideo reuersa est cũ finiti anni essent. Hiere.iij. Reuertere peccatrix Israel ait dñs, & nõ auertam faciem meã a vobis. & ca.xxxj. Reuertere virgo Israel: reuertere ad ciuitatem tuã. Maiestatem implorari veniã elargiẽtẽ: & ideo ingressa est.s.peccati vincula: vt interpellaret regem.s. Christũ. Libertatem postulari, pœnitentiã restituentẽ: quia pro domo sua & agris, id est cõsciẽtia & sensualitate. Threno. vltimo. Hęreditas nostra versa est ad alienos, domus nostrę ad extraneos. Petit enim vt a seruitute peccati eripiatur, & sibi tradat ppria cõscientia: venit & adorauit eũ dicẽs, dñe adiuua. Hęc sãcta mulier tribuit nobis formã, diuinã gratiã impetrandi. Debem⁹ eñ ad amorem eius properare per dilectionem: quia venit. Supplicare per deuotionem: & adorauit. Explicare destitutionem: ideo adiuua me.

F Diuina scriptura Christũ solẽ cõmẽorat. Mala.iiij. & hęc rationabiliter ppter multa: specialiter tamẽ

quia sicut latio solis in curriculo obliquo, vt dicūt tā doctores catholici q̄ etiā mūdi sapiētes, facit mutationē in rebus p suū recessum: humiditas arborū congelatur ne fluat, & ideo in hyeme videntur quasi mortuę, nō solū priuatę floribus & fructibus, verū etiā frōdib⁹: per eius aūt accessum humor cōgelat⁹ liquescit & fluit in folia flores & ramos, & fructus: sic recte ille sol iustitię qn̄ p culpā a mēte hoīs elongatur humor deuotionis cōstringit & tepescit, & in gelu acedię cōuertit, intātū q rami charitatis arescunt, folia honestę cōuersationis seu locutionis defluūt: flores odoriferę cōuersationis vel orationis perimunt, & fructus meritorię opationis misericordię pdunt. Et forte ista est causa quare hodie verba pdicationis nō fructificāt: qa semē aliud cecidit in terrā bonā: aliud inter spinas &c. At vero hoc sole iustitię appropinquāte, aīa virescere īcipit, ac etiā pullulare. qđ vtiq; ad sensum licet quodā mō appareat manifeste: exēplū tn̄ pponit̄ i Euāgelio hodierno sub figura Chananęę, q̄ nūq̄ accessit ad Christū p filia, p salute petēda, nec salutē ei⁹ p cōsequēs impetrauit, nisi Christo pri⁹ appropīquāte ad ipsam: queadmodū series euāgelij manifestat. In quo quidē Euangelio tria breuiter innuūtur.

Benigna visitatio medicantis, Egressus Iesus.

Deuota supplicatio postulantis, Domine.

Perfecta restitutio ægrotantis. O mulier.

¶ Quātū ad primū, narra historiam. Nota per filiā, animā. Sapiētię pmo. Sapienter fecit deus nationes orbis terrarū: & tn̄ nō est illis medicamētū: & hoc de illis q nolūt recipere medicinā: ob quā rem anima seu filia infirmat. Orbis terrarū. i. terrenorū peccatorū, qui terrena cogitatione in terre G

nis affectibus nutriunt. Gene. ij. Terrã comedes & supra pectus tuũ gradieris. Gradiẽs sup terrã cor habet in solo. Nota de muliere. Hieronymus contra Iouinianũ lib. j. Hęc norma scripturarũ, vt deficientibus sanctis viris, mulieres in virorũ laudẽ tur opprobria. Si quæratur quare noluit exaudire eã tam cito: respondeo propter mulieris cõfidentiam approbandã, vt tu infelix homo qui nõ cõfidis erubescas &c. Propter approbatã constantiam diuulgãdã, vt valeas cõstãtiã mulieris imitari. Propter orationis necessitatẽ declarandã: vt. s. discipuli orarent pro ea: quo datur intelligi oratiõis necessitas. Has ratiões assignat Glos. Propter eius gratiam exaltandã: vt diligẽter custodiant quod cum labore acquisitũ est. Chrysostomus. Propter vberiorẽ gratiam cõferẽdã. Nõ sum missus nisi ad oues q̃ perierunt &c. quia non ad hœdos qui sunt in sinistra finaliter collocãdi: nõ ad lupos, quia volebat hãc escã in ouem cõuerti, quod factũ est. O quot sunt canes in mũdo qui nõ sanguinẽ bestiarũ sed pupillorũ lãbunt. iiij. Reg. xxij. Linxerũt canes sanguinẽ. Nota ꝙ canis habet linguã medicinalem: sed tales sunt peiores canibus qui habẽt linguam serpentinã. Psal. Lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso. s. malignitatis & detractionis vitio &c.

H ¶Etiam domine. Nã & catelli &c. O stupẽda & humilitas & cõstantia mulieris. Christus eam vocauit canẽ & ipsa sibi hoc nomen noluit arrogare: quia canis aliqd habet industrię, quia cognoscit dñm suũ: sed ipsa nõ ꝓsumpsit hoc dicere. Item domũ custodit, & furis ingressum arcet, & etiã matrẽ tegit. Hæc nõ sic de se dicit: quia nec domũ conscientiæ custodire se fateri voluit, nec latratum cõfessio-

nis habere quo hostis depellitur: sed se nominauit catellum qui indifferẽter cum omnibus ludit: quia omni vitio adhęrebat:quia dominũ non cognoscit qui indifferẽter cõtra quęlibet latrat. Item humilitas:quia quos Christus vocat filios ipsa vocat dominos,dicẽs. Edũt de micis quę cadũt de mẽsa dñorum suorũ.& ideo vidit mulier prudens ꝙ ex hoc aliquid honesti a dño reportaret:quod & factũ est.

¶Sequitur tertiũ. O mulier &c. Moraliter I
mulier ista tã prouida anima est, in qua timor dei qui sapiẽtię principiũ, collocatur. Prouer.vltimo. Mulier timens deum ipa laudabit.&.xiiij. Mulier sapiens ędificat domũ suã. Et bene dicit Chananęa: quia de sua salute zelotypa.lj. Zelatus sum bonũ, & nõ cõfundar. Filia cõscientia. Eccl'ici.xxxvj. Filia est melior.filia.i.cõscientia quãdo est proba est melior corde vago. Item de sponso suo Christo.iij.Regũ.xix. Zelo zelatus sum pro dño de filia. Deutero. I
vij. Filiã tuam non dabis filio eius.i.peccato qd est filius diaboli. Hęc vexatur,dũ a dęmonis tentatione cõcutitur.ij.Macha.xiiij. Prauitate vniuersum gen⁹ nostrũ nõ minimũ vexatur. Psal. Vexati sunt a tribulatione malorum. Sed quid dicit Esa.xxviij. Sola vexatio intellectũ dabit auditui. Hoc enim debet considerare aĩa prudẽs ꝙ hęc vexatio ab onere cõmissæ culpæ procedit:& ideo ad dñm pro salutẽ cõsequẽda cõfidentius debet accedere:maxime quia egreditur ei⁹ iustitiã relinquẽdo.s. Christi,cũ ipe sit iustitia. Abacuch.iij. Egressus es in salutẽ cũ Christo tuo.i.cũ chrismate & dulcedine pietatis & clemẽtię:nõ rigore austeritatis & iustitię. Et venit in partes Tyri.i.angustiæ culpę:& Sidonis.i.illorum qui sunt vexati a dęmone. Threno.iij. Venatione cepe

K runt me quasi auem inimici mei gratis. ¶ Nota q̃ oportet hanc mulierem, id est animam, non solum egredi a peccato, sed a finibus peccati. Frequēter em̄ dimittit diabolus vsq; ad confessionem peccatorū, sed tamē in confinijs peccatorum retinere nititur: sicut habemus exemplum Exodi. viij. q̃ Pharao filios Israel bene permittebat vt irēt in desertum ad sacrificandum deo suo, sed non patiebatur eos pro-
I cul abire: ne terminis egressi Aegypti ab eo fugerēt. Ab istis finibus debet anima fugere & egredi, si non vult in æternum cruciari. Genesis. xix. Non stes in omni circa regione. Et. xij. Egredere de cognatione tua, & de terra tua, & de domo patris tui. i. diaboli. Vnde, Vos ex patre diabolo estis. Ioan. viij. De generatione. i. de omni opportunitate peccandi. q̃d si nō fecisti, non effugisti laqueos inimici. Sufficit em̄ q̃ te liget per pedem affectionis: & tamen dimittit
L tibi guttur confessionis. De hoc egressu habetur figura. j. Machab. v. vbi dicitur q̃ Iudas Machabęus cum tribus ordinibus bellatorum Timotheum inuasit, qui terram inuaserat Iudęorum: & populum peremerat & captiuauerat: multisq; de populo Timothei interemptis, ipsum fugauit. quo facto Timotheus iterum populum congregauit, assumens sibi Arabes: & sic contra Iudam processit. Deditq; populo suo victoriæ vel ruinę signū dicens, si Machabęus transierit torrētem potens poterit aduersum nos: q̃ si non fuerit ausus transire, sed timuerit, tradetur Iudas in manus nostras. Iudas confessor interpretatur. Machabęus protegens vel percutiens nūcium. Tres ordines, tres pt̃es pœnitētiæ. s. detestationis in corde: accusationis in ore, & castigationis in opere. His enim tribus perimitur populus peccatorum vsq; ad octo milia. Octonarius

est numerus solidus, millenarius est vltra quē egredi non potest, nisi per replicationem. In octo, peccati firmitatem, in milia multitudinem, quę omnis p tres ordines perimitur: qui sunt iteratio, exercitatio, tentatio post cōfessionem. Ad quā assumis arabes, quę regio interpretatur humilis. i. occultę suggestionis. Item interpretatur insidiatores & occidētales: & signat mūdana solatia quę cito occidunt: & animę insidiātur: vel faciūt animā occidere a lumine gratię. Hiere. xv. Occidit sol cū esset dies. Iudicū xix. Occubuit eīn sol cū esset iuxta Gabaa. quæ pro diuis est, interpretatur torrens, peccati terminus: quē si trāsierit Iudas habet victoriā in manu: si nō, tradetur in manū inimici. Nota φ Timotheus beneficiū interpretatur & significat dęmonē: per contrarium sic est dictus, quia promittit tibi beneficia facere: vel quia est occasio beneficij quo homines excitantur vt mereantur vitam æternam. Amen.

Feria Sexta.

Sanus factus est homo, & sustulit grabatū suū &c. Ioan. v. Sicut peccatū hꝫ eneruare vigorem, effugare splendorem, generare torporem: sic diuina gratia habet sanitatem inducere. Ecce san⁹ factus est. Claritatē immittere. Homo in quo. Fœtidā tepiditatē excludere. Et sustulit grabatū suū &c. Pro ipsa ergo &c. ¶ Erat dies festus Iudęoꝝ &c. Ioan. v. Secūdū φ ait Isidorus de summo bono lib. j. cap. xxxiij. de causis infirmitatis, infirmitates accidūt vcꝫ ex peccato ex tētatione & cōplexionis intēperātia: & ideo licet huic nouissimę possit hūana medicina succurrere: alijs pōt sola subuenire pietas diuinę misericordię. hæc Isidorus. Et quia īfirmitas sāri nō pōt: idcirco

præcipit medicus decretalis vt semper medicus cũ ram animę pmittere debeat. Hũc modũ proculdubio Saluator in suis curationibus voluit obseruare, quia quos post sanabat corpore prius sanabat mente: sicut Euangeliũ hodiernũ nobis manifestat, quia prius Saluator noster ad curandũ voluntatẽ accessit cũ dixit, Vis sanus fieri? &c. deinde corpus restituit sanitati. Tangũtur autẽ in Euangelio hodierno quattuor, videlicet Calamitas lãguoris quã peccato affligit ex pte peccatoris. Erat. eñ dies fe. Benignitas dulcoris ex pte redemptoris qua Saluator cõpatitur. Hũc eñ. Malignitas rancoris ex pte detractoris qua detractor cõfundit. Dicebat enim. Vtilitas sermonis ex pte correctionis qua transgressor corripitur. Ecce sanus factus.

B Quantum ad primũ narrat Euangelista q existente festo Iudæorũ (ponitur Iudęorũ calamitas quia illę festiuitates licet essent ad diuinã reuerẽtiã tñ deus modicũ de ipsis curabat: quia multotiens in festis ad ęa quę sunt mundi, plerique cõuertũtur) ascendit Hierosolymã. Erat autẽ ibi piscina probatica, quę est ouis, quasi ouina: quia ibi sacrificia lauabantur: nullo eñ tempore nec vasa contaminata. i. conscientię sordidę, nec sacrificia immũda deo placuerũt. Vnde Apostolus. Sciat vnusquisque vas suũ possidere in sanctificatione, non in fœtore & imũditia. Vnde Hebraice cognominatẽ Bethsaida. i. dom⁹ pecudũ. Etiã habebat i circuitu qnque porticus in qbus poterãt homines cõmorari, in quibus iacebat magna multitudo languentiũ, cæcorũ, claudorũ, & aridorũ expectantiũ posse cõsequi sanitatem. ¶ Vñ

C autẽ habuerit illã virtutẽ piscina, posset esse qstio: sed circa hoc aliquid est certum, aliqd dubiũ. Certũ

ꝙ hanc virtutem nō habeat ex sua naturali ꝓprietate: tum quia natura determinatur ad certos effectus: etiam circa illud qđ operatur a tota specie, vt aiunt medici: hæc autē erat ad oēs infirmitates: tū quia hęc virtus nō inhęrebat ipsi in omni tēpore: sed solū dū mouebatur ab angelo: & ideo dicit, Cū angelus dñi &c. tum quia solus primus qui ingrediebatur post motū sanabatur, & nō alius. tum qa hæc aqua erat pluuialis, vt sancti ponūt: & nō scaturiebat: & ꝑ cōsequens ab alijs distinguebat specie. Hoc est certū. Sed dubium est vnde hoc habuit: vnde hic dicūt ꝙ a ligno dominicę crucis qđ tūc cœpit supernatare, qđ a Salomone fuerat positum sub terra, & nullus pręter beatum Ioannem facit mētionē de huiusmodi. Ex quo verisimile videtur ꝙ ante Christum hanc virtutē nō habuit, sed post Christū cito cessauit. Aliqui dicunt ꝙ habuit ex tactu mundissimę carnis Christi aquam in suo baptismate cōsecrantis. Aliqui ꝙ ex diuino imperio & angeli ministerio qui ipsam aquam mouebat. Quicquid fuerit, illa virtus erat ex deo: & ad hoc fuit cōgruitas: quia semper deus in suis operibus procedit ordinate, vt ab extremo per medium trāseat ad extremū. quia aqua primo sacrificia exteriora purificabat, & debebat purificare animam interiorem, sicut nunc facit in viuo baptismate. Prosequere historiā. ¶ Vis sanus fieri? hoc dicit ad curam suam. A causa infirmitatis incœpit sicut bonus medicus, quia peccatū erat eius causa sicut innuitur: & ideo primo voluit volūtatē eius ordinare, quia cura spiritualis nō fit nisi voluntate. Vñ Augustinus. Qui creauit te sine te nō iustificabit te sine te. Hominē nō habeo. quasi dicat. Bene volo dñe: Sed quid mihi prodest hęc misera voluntas &c. Surge. restitutio sanitatis. Tolle

D E

grabatum: restitutio fortitudinis: nō sic facit curatio medici. & vade, restitutio debiti. Pręcepit ipi tollere lectū ad miraculi ɔfirmationē & diuulgationē.

F ¶De tertio, nota historiam & ꝙ recidiuū est periculosius q̄ prima trāsgressio. Moraliter pro diuersis officijs diuersas piscinas cōstruxit. Eccles ij. Extruxi mihi piscinas aquarū vt irrigarē syluā lignorū germinātium in horto. s. ecclię plātatorū, vel in pomario pœnitentię. Et secundū hoc dicitur piscina vno modo veritas leg; diuinę. Quę portic⁹ quinq; habuit: quia in quinq; libris tradita est. Angelus mouēs est Christus de cœlo descendēs: languidus, populus iudaicus qui reuera in solis porticibus morabatur: nec piscinam. i. legis spiritualis in
G tellectū ingredi valuit. Alio modo piscina est baptismus: porticus quinq;, damna quæ faciebat nobis originale peccatū: languidus, gen⁹ humanū: angel⁹ domini virtus baptismi. Alio modo piscina est passio Christi: porticus quinq;, vulnera eius. Alio modo fons diuinę pietatis piscina est, quæ continue ad
H susceptionem gratię inuitat. Sed omnibus prætermissis dicitur ꝙ probatica piscina quę est in Hierusalē est pœnitētia, per quā homo pacificatur deo: de qua loquit̄ Neem. iij. Piscinā quę grandi opere constructa est s. a filio dei. Vere grandi, quia grādia tollit. s. culpā & pœnā infinitam: & grandia confert. s. gloriā sempiternam. Tactus huius piscinę est opus pœnitētię: latitudo eius charitas excessiua: profunditas est humilitas: quę tāta est quāta fuerit terra. i. terreni & tēporalis affectus amotio. & ideo qui habēt cor plenū rancore vel odio, qui habēt affectum terrenis alligatū, nullā possunt habere piscinā pœnitētię. Piscina humilitatis est q̄ ex abiectione tēpo

taliū fit:& fluit aqua in hac piscina q̄ abluit animā a peccato,& couersationē a macula.iij.Re.xvij.Lauauerūt currū eius in piscina Samarię.i.in custodia pœnitētię.Sicut em̄ currus vehit,sic couersatio portat. Et ideo hæc piscina extitit nobis figurata. Exodi.xxx.Facies labiū & mare æneum cū basi sua ad lauādū,ponesq; illud inter tabernaculū testimonij & altaris:& missa aqua lauabūt in ea Aaron & filij eius man⁹ & pedes, qñ ingressuri sunt tabernaculu, & incessuri sunt ad altare,vt offerat thimiamata ne forte moriat̄. Nota hic p mare amaritudinē cōtritionis: per labiū æneū qđ sonitū facit cōfessionē:per basim q̄ sustentat,satisfactionē:per altare vbi fiūt oblationes, p̄sentē ecclesiā.per tabernaculū qđ scđm Esa.xxxiij,nequaq̄ transferri poterit: illud de quo Psal. Dñe qs habitabit in tabernaculo tuo.Expone.Aaron q montanus interp̄tat̄, hominē signat qui de valle miserię & culpę ascendit i mōtē gratię inde ascēsurus ad montē glorię:lauat manus.i.opa:& pedes.i.affectiones ipse & filij eius.i. cor & spiritus & animus,siue ad altare accedere debeat.i.aggregari numero fidelium:siue introire in tabernaculū patrię. Sed quid? aliqui faciunt sibi mare æneum,id est amaritudinem culpę cum obstinatione quæ est culpę basis. vel labium æneum, id est infamiam,qui gloriātur cum male fecerint. Isti tales bene signantur p mare assalti, vbi non aqua expiationis,sed infectionis & cōtaminatiōis cōtinet̄. de quo narrat Isidorus tria. Primo q nullū viuū recipit,sic peccator,nec aliqđ opus viuificat, sed vel reijcit vel p̄mit.Scđo q nullis vētis cōcutit̄:& hoc propter cōpationē aquę bituminosę.sic nec cōcutit̄ pctōr,nec flatu inspirationis deuotę,nec vēto p̄dicatiōis,nec turbine ꝯminatiōis. Tertio qa lucerna

accensa supernatat ibi, extincta vero statim mergitur. sic cor peccatoris splendorē sapientię & notitię nō potest sibi imprimere: sed solū tenebras fraudis & malitię. Quot sunt mūdi sapientes qui sciūt inuenire versutias infinitas, & tamen de diuina notitia nihil sciunt? Hęc reuera est piscina diaboli: vbi eius sacrificia adhibentur, ne aliquid retineant boni vel meriti. quā Esa. xxij. testat dicēs. Cōgregastis aquas piscinę inferioris, & domos Hierusalē numerastis, & destruxistis domos ad muniēdū murū, & lacum fecistis inter duos muros (.s. odium dei & dilectionē sui) & aquā piscinę veteris: & nō suspexistis ad eū qui fecerat eam. Diaboli autem non est talis piscina qualis est in Hierusalem. i. virtutibus cōstituta

K dño in ecclesia &c. Quinq; porticus sunt quinq; cōsiderationes quas debet habere peccator. Debet em̄ cōsiderare Maiestatē quā offendit. Si peccauerit vir in virū placari potest ei deus. Si autem in deū peccauerit quis orabit pro eo? primi Reg. ij. Maculam quā contraxit. quid est tam fœdū q̄ peccatū? Hiere. iij. Leua oculos tuos in directū & vide vbi nūc prostrata sis. &c. Bonitatem quā contēpsit. Rom. ij. An diuitias bonitatis & patientię & longanimitatis illius contēnis? Gloriā quā amisit. Psal. cviij. Qui noluerit benedictionē elongabit ab eo. Pœnā quā promeruerit æternā. Matth. xxv. Ite maledicti in ignē æternū &c. Sed in veritate multi iacēt & pigritant sub istis porticibus, qui vel languēt per torporem. Lāguor autē prolixior grauat medicū. Eccli. x. Cæcutiunt per ignorantiam. Esdr. xlij. Quis populus meus cadēs, apertos habēs oculos? Claudicāt per inconstātiā. faciam, nō faciam. Arescunt per cordis ariditatē. Psal. Aruit cor meū. Vere si talib9 dicat: vis sanus fieri? ptinus respōdebūt: dñe hoiem nō habeo.

nō quia nō habet cor hois vel spiritū ī quo sit prū
dētia:sed cor bestię. Dan.iiij. Cor ei⁹ ab hūano cō=
mutet,& cor ferę detur ei.Fera a feriēdo dicta eo ꝙ
crudeliter feriat:sic peccator nō pōt ferire crudeli⁹
q̄ ferire seipm & perimere in aīa. Tales vtinā essent L
in porticib⁹ memoratis,& nō diaboli:q̄ sunt quiꝙ
sensus voluptatio. Spes venię,credulitas diu viuen
di,delectatio seu amor pcti,labor satisfactiōis ma=
xime in lucro illicito,timor ꝯtinēdi:quia nō sperāt
posse a libidine abstinere. Hę figurant p quiꝙ reges
Gen.xiiij.pugnātes ꝯtra vtutes:vbi capit Loth qui
declinās vel vacās vel vinctus & ꝯclusus interptat.
Sed quid debes facere? Surge,tolle lectū tuū.i.fac vt
delectatio pcti vbi primo iacebas,q̄ sustētabat te &
portabat,fiat tibi in pœnā satisfactiōis. ¶Nota ho M
mo iste sic infirm⁹ significat peccatorē p quattuor
q̄ hic tangunt.quia ei defecit superna dilectio q̄ no=
tat in ānis.xxxviij.īfirmitatis. Quadragenari⁹ em̄
secūdū Augustinū signat numerū pfectū:quoniā ex
quattuor euāgeliorū doctrina,& ex decem pceptoꝝ
obseruātia cōsurgit. vel significat statū pœnitentię.
Tricenarius octonarius in duob⁹ deficit a quadra=
genario:& significat illos in quib⁹ deficit geminata
charitas,ex quo ad vitę pfectionē nō possunt nec ad
statū pœnitētię puenire,vel ad obseruātiā legis euā
gelij cui puenit syncera pfessio vel affectio. Vn̄ inqt,
vis san⁹ fieri? Rn̄dit qa ei decidit interna pfectio:&
ideo suā miseriā recognouit,dn̄e hoiem nō habeo.i.
nec etiā velle nec etiā posse:nec merita suppetūt. Ve
nit angelus,mouet aquā,tāgit cor,mōstrat gratiā:
sed hominem nō habeo. Clamat angelus: pœniten
tiam inducit,lachrymas &c.cui subuenit diuina cō
passio quia dicit. Surge surge qui dormis & surge a
mortuis:illuminabit te Christus &c.

¶Sabbato ante Dominicam Secundam.

A SEmp autẽ gaudete &c. i. Thessa. v. Rectus vero pcessus nũq̃ fallit: cũ pcedat scd̃m ordinẽ ab infallibili regula cõstitutũ. Hic docet q̃ inde est accipiẽdus & inchoãdus regressus vbi accessus fuerit terminatus. Nũc aũt ex sentẽtia beati Augustini sup Canonicã prima Ioã. in Homilia vltima, & penultima: nõ potest q̃s a proximo discedere, nisi prius a deo discesserit: immo ab eius mãdato & cõsequẽter a seipso: idcirco q̃ ad deũ reuerti desiderat, debet a proximo inchoare: vt ad ip̃m accedẽs, & p seipsum transitũ faciẽs ad deũ valeat puenire. Volẽs igitur diuinus


1 Apl's Paulus, peccatorẽ ad deũ reducere, hũc nobis insinuat ordinẽ in Ep̃la hodierna, in qua breuiter tria facit, quia Primo nos inducit ad supnam dilectionẽ: Rogam⁹ vos. Secũdo reuocat ad internã reformationẽ: Semp eñ gaudete. Tertio p nobis inuocat supnam pseruationẽ: Ipse aũt deus pacis &c.

B ¶Inducit primo ad exhibẽdũ nos proximis, nõ tãtum ad corporalẽ necessitatẽ, sed etiã ad spiritualẽ refectionẽ, q̃bus debemus iuxta ipsorũ exigentiam subuenire, & tangit quattuor, in quibus debemus subuenire proximis: scilicet Quo ad reuocationem seu increpationẽ dyscholorũ, Corripite. Quo ad confortationẽ pauidorũ, Quia timidi corde. Quo ad susceptionẽ collapsorũ. Hęc aũt susceptio debet fieri in corde p cõpassionẽ. Vñ idẽ Apl's. ij. Corinth. xi. Quis infirmat & ego nõ infirmor? In ore p orationẽ. Iacobi. v. Oratio fidei saluabit infirmũ. In ope p explicationẽ. De hoc figura Actuũ. v. vbi dicit q̃ ponebãt infirmos in plateis vt trãseũte Petro, dum

vmbra sanaretur. Vmbra autē procedit ex luce cor C
pus obiectū illustrāte, vel ex ipso corpore illustrato
ab huiusmodi luce: q̄ signat ꝯuersationē. Petrus di
citur agnoscēs se & deū & discalceatus ab affectu tē=
poraliū. Vmbra cōuersatio a luce gratię procedens
quę dū tangit infirmū sanat ipsum &c. Dicit igitur
Apostolus. Suscipite infirmos: nō expellite: nō inter
ficite lingua detractionis q̄ interficit velut gladius.
De hoc figura ī Ezechia. Esa. xxxviij. Qui ifirmatꝰ
cecidit in lectū: & cōuersus ad parietē, q templū dn̄i
respiciebat, fleuit. cui cōcedit salutis vita. xv. annoꝝ
proles qua priuabat: & sol retrocessit: nec nō de ma
nibꝰ eripit Regis assyriorū & ciuitas liberat. Ezec.
auxiliū peccatorē signat cui diuinū auxiliū pręsta
tur, infirmitas peccatū cui debet mors secūda succe
dere. hic diuinā sententiā considerās ad pietatem se
ꝯuertit. Paries, peccatū. Iniquitates enī nostrę diui
serūt inter nos & deū. & dicit hic paries a parādo.
Item paries vilitas ꝓprij corporis: q corpus sepa=
rat a deo cū teneat animā incarceratā. Apl'us Rom.
vij. Infelix ego homo, quis me liberabit a corpore
mortis huiꝰ? Plorat igit Ezech. dū detestat & inge=
miscit culpā cōmissam: & ideo cōcedit ipsi vita spūs
p gratiā, ꝓles operū, liberatio de manu hostiuȝ. Sol
etiā q ad occasum ei p decē gradus accesserat. i. p de
cē pceptoꝝ trāgressionē, retrocedit p miaȝ. Quinde
cim anni vitę sunt requies aię. p septenariū cū q est
numerus pfectus, significat requies aię: & p octona
riū resurrectio corporū, qa Christꝰ primitię resur
gētiū surrexit die octauo: vt docet Augu. ad Bonifa
ciū. q̄s. liiij. Dicit aūt apl's. Suscipite ifirmos. q̄ ad to
lerātiā vitiosoꝝ. Patientes estote ad oēs. Eccl'i. ij. In
hūilitate tua patiētiā habe. ij. Cori. vi. In multa pa
tiētia vt nō vi. mi. no. Quo ad remissionē supplicij.

nulli malum pro malo reddētes. Sed caue ne dicas illud .iij. Reg. vltimo. Non prophetauit mihi bonū sed malum omni tēpore. Et ob hoc eius consiliū ꝑtermittas. Sic fecit Agab. iij. Reg. xxj. Narra historiam. Agab. i. fraternitas patris omnē hominem si-
D gnat qui adoptatus ꝑ fidem & gratiā ad regnū patrię ordinatur. Micheas quis hic, vere nullus vnde abest timor dñi, cui solum conuenit hominē stabilire: quia nisi timor dñi tenuerit te, cito subuertet domus tua. Eccli. xxvij. Ramoth excelsum signum. fastus animi: q bene dicit Ramoth. Galaath. id est aceruus testimonij, quia omnis mūdana prosperitas siue casus est sibi testis. Ait em̄, Ego deficio, sicut dicit Ber. Ruinę ipsius voces sunt eius. Gregori⁹.
E Reuocat nos Apl'us quo ad internā reformationē. & hoc multipliciter. Quo ad culpæ immunitatem, Semꝑ gaudete. s. gaudio spirituali. Quo ad īpetrationē vel ꝓcurationē venię: Orate sine intermissione. Quo ad recognitionē gratię & beneficij: In oib⁹ gratias agentes. Quo ad impletionē inspirationū: Spiritū nolite extinguere. Quo ad dei timoris receptionē, Vt spirit⁹ sine querela in aduētu dñi seruet. Prouer. xv. Per timorē dñi declinat oīs a malo &c.

¶Sab. eodem: aut Dominica Secunda De Transfiguratione dñi. Ser. I.

A 
Uxit illos in montē excelsum seorsum, & trāsfiguratus est ante eos. Matth. xvij. Gratia spiritus sancti est nobis necessaria propter tria. videlicet quia ipsa habet viā dirigere: ille em̄ solus recte incedit quē diuina gratia præcedit. ideo

dicit, Duxit. Mentem erigere & subleuare. ideo dicit In mentem excelsum. Lucem ostendere & explicare. ideo Träsfigurat⁹ ẽ &c. Pro ipsa ergo &c. ¶ Secũdũ ꝙ ait beatus Gregorius. xxxiij. lib. Moral cap. xiiij. vbiq; nobis occurrit supna medicina, quia & dedit homini ꝓcepta ne peccaret: & tñ peccanti dedit remedia ne desperaret. Et licet nobis remedia q̃plurima cõtulerit: illud tñ qđ habemus de virgine gloriosa est inter cętera singulare. quia peccator erubescere poterat apparere corã dño: idcirco huius sacrę virginis cuius est hodie ꝯgregatio, opportunũ remediũ ꝑparauit: sicut verba proposita protestãtur cũ dicit, Duxit illos &c. In quibus vtiq; verbis nobis ostenditur actus magnę cõfidentię, quia videlicet Saluator ad salutis remedium nos inducit. Duxit illos. Statuit situs, siue gradus summę pietatis & affluentię. s. virgo Maria p montẽ figurata, In montem excelsum. Exprimitur gustus mirę patientię, quia deus transformauit seipm in hoc monte. s. beata virgine, vt peccatoribus humiliter se cõformet: Et träsfiguratus est ante eos. Ponam⁹ eñi ꝙ dei filius in hoc monte fuerit transfiguratus qñ formam serui accepit, vt dicit Apl's. Exinaniuit se formam serui &c. tamen deus transfiguratur continue in conspectu peccatoꝶ. quãdo. s. ille qui in se cõtra peccatores concitatur furore: in hoc monte efficitur mãsuetus. ¶ Nota beata virgo est mons, qa B sicut montes sunt Superius luminosi. Inferius spatiosi. Interius onerosi. Exterius pascuosi. Sic beata virgo fuit superius luminosa puritate, quã cũ angelis pticipat. Inferius spatiosa charitate, qua tãtũ ad humanũ genus afficitur. Interius onerosa pietate, quæ continue scaturit in eius corde. Exterius pascuosa sanctitate, qua ibi poteris pasci omni fru

ctu virtutũ,omni flore honestatis & reuerẽtię.Igi-
tur tibi dicit Gẽn.xix.Ne stes in omni loco circa re
gionẽ:sed in monte saluũ te fac.Exod.xxv.Fac secũ-
dũ exemplar qđ in monte tibi monstratũ est.Nota
ꝙ licet iste mons sit excelsus, ad illũ tñ nõ possumꝰ
nisi per scalas humilitatis ascendere.j.Machab.vj.
Per loca humilia ibat caute & ordinate &c.Qui cõ
fidũt I dño sicut mõs Siõ.Psal.Mõtes I circuitu &c.

De eodem. Ser.II.

A ASsumpsit Iesus Petrum & Ioannẽ &c.
Matth.xvij.Bernar.Vita cõtẽplatiua vitę
actiuę prǫponitur dignitate,ac pfectiõe,ecõ-
uerso tamẽ actiua ordine debet pferri.dicẽte Greg.
sup Ezech.Homil.iij.Sine cõtẽplatiua vita intra-
re possunt ad cęlestem patriã: qui cũ possunt opera
ri nõ negligũt,sine actiua intrare nõ possunt. pro-
pter qđ dicit Isidorꝰ lib.iij.de sũmo bono.Qui priꝰ
in actiua vita proficit,bene ad cõtẽplationẽ ascen
dit.Merito ergo in ista extollitur qui i illa vtilis re-
peritur.Sic igitur ex actiua ad cõtẽplatiuã perue-
nitur.Numer.xxij.Orietur stella ex Iacob.ex luctu
cõtẽplatio.Sic Iacob post luctũ vocatus est Israel
& nõ ante,sicut licet Esau esset prior qui pilosus &
asper erat:Iacob tñ leuis obtinuit benedictionẽ.Igi
tur vita cõtẽplatiua actiuã cõcomitat. propterea
bene in pcedenti dñica pmissum fuit euãgelium pu-
gnę:& nũc euãgeliũ sequit visionis:in quo dat for-
ma per quã acquirit,quia assumpsit Iesus &c.Acqui
ritur enim non aliter nisi deo assumente:& non fa-
cta propria subleuatione. In quo euangelio quæri-
tur quidnã videat:quia Christi clarificatio.Resplẽ-
duit facies. Quid conferatur,cadit homo & surgit:
Nihil vidẽtes nisi &c. Propter quid teneatur:quia

per certam visionem, quam vidistis. Idcirco ipsa est in principio inuocanda: quia ipsa habet illustrare cogitationes, Resplēduit. Inflammare affectiones: Sicut sol. Venustare conuersationes: Facies eius. Diuina cognitio nihil ē aliud q̄ directio animarũ: **B** quia igitur ita est, idcirco poterit quis deum tanto limpidius contemplari quãto magis ad superiora erectus, & a terrenis fuerit elongatus. Q̄ autē hoc sit verum, docet nos primo exēplũ naturale. Sicut enim sapientes mundi quando volebãt perscrutari dispositionē cęlestiũ, motus astrorũ, ac etiã planetarum, montes ascendebant altissimos, ex quibus tã clarius q̄ latius aspiciebãt cęlestia, Clarius quidem quia illis aspicientibus, nec ascendebant nebulę nec venti. Latius vero, quia terra eos non impediebat quin possent videre libere circũquaq;. Sic certe qui vult cęlestia mentaliter inspicere, debet montem cõtemplationis ascendere, ad quem nebulę phantasiarum ascendere nequeunt: nec venti tentationũ, nec etiam turbines humanę sollicitudinis, quę mentes habent inuoluere. non etiam terrena affectio se opponit quæ solet aspectus latitudinem impedire. Secundo ad hoc idē est Saluatoris doctrina in Euãgelio hodierno: vbi Christus volens suis discipulis claritatem suæ maiestatis ostendere, eos in mõtem excelsum duxit: qui mētis extasim præfigurat. Ponuntur autem in Euangelio hodierno quattuor, videlicet Miranda siue stupenda transfiguratio: cum grata societate, Assumpsit Iesus &c. Sancta siue deuota supplicatio ex pura simplicitate: Faciamus hic tria tabernacula. Diuinitatis attestatio cęlesti auctoritate: Paterna vox audita est. Indicta occultatio ex tanta sagacitate: Visionem quam vidistis; nemini &c.

C ¶Quãrum ad primum ponitur modus: & ꝓmittit euangelista tempus quia sexta die transacta a promissiõe facta discipulis. Sunt quidã de hic stãtibus &c. Trãsacta sexta die hęc est dies septima, & si diem qua promisit cõputaueris, octaua. Vnde Luc. ix. Factũ est autẽ post hęc verba fere dies octo: & assumpsit &c. Christus tres discipulos suos .s. magis familiares assumpsit: quos ducit &c. Causa quare tres tm̃: quia sufficiunt ad cõfirmationẽ testimonij. Item ad mysterium designandũ: quia de tribus filijs Noe ex tribus mundi partibus erant ad visionem diuinę claritatis vocãdi. & hanc rationem assignat Hilarius. vel vt ait Rabanus ad designandum ꝙ tantũ in fide credentes erãt assumendi & nõ alij. Quare autẽ isti determinate: respõdetur ꝙ ob maiorem familiaritatem cũ Christo; specialiter vero ad designandũ ꝙ nõ nisi per soliditatem fidei quę in Petro: longanimitatẽ spei quæ erat in Iacobo: & feruorem charitatis quę erat in Ioanne, ad diuinã visionẽ perueniri potest. Eduxit illos in montẽ excelsum Tabor seorsum a mũdi tumultu. Glos. In mõtem: vt addiscãt gloriã nõ in profundo huius seculi: sed in regno supnę beatitudinis esse quęrendam.

D ¶Quantũ ad secundum ponitur cœtus cõgregatus ad istud spectaculũ. Quęri autẽ solet: qui vocati sint ad hoc cõsilium: in quo actũ est quid de Christi morte & post passionem deberet fieri: & qđ statuendũ tempus. Circa hęc aliqua sunt expressa & per cõsequens certa. Alia vero nõ, tñ satis pie credi possunt. Expressum autẽ est primo: ꝙ ad hoc consilium conuenerũt Moyses & Helias. Item ꝙ ibi fuit vox patris. Item ꝙ habuerũt sermonem de passione Christi. Sic eñ dicit Lucas. De excessu ei⁹ quem

cōpleturus erat in Hierusalem. Excessum vocat ratione profundę humilitatis, ratione acerbę pœnalitatis. O vos oēs &c. Ratione stupendę charitatis & benignitatis. Item hoc videtur certū ex testimonio Origeñ. super Lucā. ꝙ Moyses pro salute populi allegabat: similiter & Helias. Dubia autē siue incerta sunt duo: quorū primū est, vtrum angelus ibi præsens fuit quātum ad determinationē. Secundum est vtrū loquentes de Christi passione & de pœna eius excessiua, pro hac proferenda allegarent & supplicarēt, an nō. ¶ Quantum ad primū rationabiliter & pie creditur ꝙ tāta determinatio in qua de recuperatione angelica tractabat, sine ipsius angeli pręsentia facta nō fuerit, maxime cū de omni pte ad eā aliqui cōuenissent &c. vt darēt secundū ꝙ dicit Hieronymus nō malignis Iudęis, sed benignis discipulis signū de cęlo & de inferno &c. Et si dicas: quis angelus ibi fuerit pro tota cęlesti curia? Respondeo & dico ꝙ hoc est notū illi qui hoc cōsiliū aggregauit. pie tñ possumus credere ꝙ ille idem angelus fuit q Christū tempore passionis in agonia positū cōfortauit. ¶ Quantū ad secundū dicunt aliqui ꝙ oēs hi Christū dei filium passurū determinabant & postulabāt a patre: ego autē puto ꝙ omnes cōtrariū allegabāt: & solus Christ⁹ erat qui seipsum elucidabat passurū. ¶ Videamus igitur breuiter allegationes ipsorū. Pater igit sic loquebat. fili mi si debes iudiciū crudele accipere oportet ꝙ in alia curia condēneris: sed oēs breuiter horrēt audire. Habeo eñ tres curias: vꝫ curiā misericordię: curiā iflexibilis & inobliquabilis iustitię: & curiā legis scriptę. nulla istarū patitur te sic impie condēnari. Primo siquidē mia nō, quia nō vult in crudelitatē transmutari: quę eñ cōpatit sceleratis, quō innocentē tradet con-

demnandū vel cruciādū? Misericordia igiť hoc fa-
ciēdo pderet suā dignitatē. Iustitia etiā minime hoc
ipm patereť: nullatenus em̄ vult obliquari, cū ex re
ctitudine voceť iustitia. Insup ipsa nescit malū p bo
no repēdere: nec iustis ipēdere supplicia reprobo℞:
quomodo igiť te iustū iustitia ↄdēnabit? Sed nec ter
tio lex scripta illud vllatenus sustineret. Accepit em̄
regulā nullatenus infringēdā, videlicet ꝙ filius non
portabit iniquitatē patris: sed anima q̄ peccauerit
ipsa morieť: sed filius cū sit portio patris, iniquita
tē ipsius ferre nō debet, multo minus nec iniquita-
tē hostis ac publici inimici: humanū autē genus ti
bi inimicū factū est a principio: qm̄ tuā voluit surri
pere dignitatē, similitudinē. s. meā, quā tibi impressi
& quæ tibi appropriatur, similitudinē nostri appe
tēdo: igiť nullatenus debes pati. ¶ Ad hoc respōdet
filius ꝙ misericordia illud postulat: vt q̄ exponiť p
miseria miseri cor dās: cor autē est vitæ principiū
in quo si misericordia non sit, perit. Item vult iusti
tia, quia ꝓpter me orta est hęc tēpestas Ionę. j. Ideo
mitte me in mare passionis, portando peccata &c.
Itē lex debet seruari, qa nō remittiť peccatū nisi &c.
Humanū genus est obligatum tibi, nec habet vnde
possit satisfacere: & qa accipiēdo carnē accepi super
me debitū toti⁹ generis humani &c. ¶ Angelus ve-
ro sic allegabat triplici ratione. Mi dñe indebitū est
te sustinere: tu em̄ inquātum dei filius vita es: ergo
humana natura huic vitę indissolubiliter copulata
sustinere non debet mortē. Ad hoc respondet Chri-
stus: ꝙ qa diuinitas vita erat & in se mori non po-
terat, idcirco oportet vt in natura assumpta pate-
retur, & ob hāc causam mihi inquit humanā natu-
rā vniui, vt in ea q̄ p se mori nō poterat diuinitas
quodāmodo moreretur. ¶ Secūdo argumētabatur

angelus sic.Iniustũ est & indebitũ videtur,ꝙ illa de beãt abinuicẽ separari inter quæ numq̃ est discordia sed omnimoda tranquillitas fuit. Nunc autẽ inter animã tuam & sensualitatẽ siue carnẽ semper fuit cõcordia,pax omnimoda & rebellio nulla : ideo nõ debet fieri per mortem tam durã seiunctio.Ad hoc respondit Christus,ꝙ quia sic.i.sine rebellione fue= rat vita,idcirco est ad vnitatẽ indissolubilẽ reducẽ= da:quod vtiq; mediãte passiõe fiet. ¶ Tertio sic ait angelus.Indignũ est & incongruum tibi qui es po= tẽtię infinitę ꝙ deformi operę(si tamẽ opus dici po test)reprobi inimici tanq̃ causa vel instrumẽto vta ris ad tua excellẽtissima opera implenda: mors au tem effectus est diaboli:igitur nõ debes ea vti ad re parationẽ humani generis destituti:immo nec etiã ad reparationẽ angelorũ qui morteȝ nescis.Ad hoc respondit ꝙ in hoc facto cõmendat suãq; declarat potentiã,prudẽtiã,& industriã etiã:vt quę proprio mucrone hostẽ perimit:& cõfractione facta facit sa nũ:& sanũ prius frangendo consolidat.Nonne ma gnũ est de fine vitę facere initiũ:& de vitę priuatio ne facere vitę causaȝ?&c. ¶ Moyses & Helias argue bant,tum ꝙ hoc ipsum implebat intentũ humani generis hostis:nã inuidia diaboli mors itroiuit in orbem terrarũ:tum ꝙ si Christus tollebat peccatũ debebat auferre sequelã q̃ est mors:ipse aũt pctm̃ nõ assumpserat:igiẽ nec pcti seqla ipsi debebaẽ. Ad hoc rñdit ꝙ in hoc nõ iplebaẽ hostis intẽtio dũ ꝑ mortẽ mors quã ituleraẽ tollebaẽ. Intẽdebat eñ diabolus mortẽ perennẽ inducere ꝑ quã vita ꝑpetua priuaba tur.Hãc mortẽ Christ⁹ sua debebat destruere & ex= cludere.Ad secũdũ rñdit ꝙ idcirco sequelã pcti assũ= pserat:vt oĩb⁹ fieret causa vitæ.¶ Factis aũt ꝑmis= sis & argumẽtatiõib⁹:& a Christo datis respõsiõib⁹

dicit pater hoc qđ recitat euangelium, Hic est filius meus &c. quasi dicat, considerate & intelligite quãtã dilectionẽ habeat ad humanũ genus, qui nõ obstãte filiali dilectione, & non obstãte a me facta obiectione seipsum pro humano genere redimẽdo liberaliter sic exponit. Et tũc facta consilij definitione clamore paterno ceciderunt discipuli, & euanuerunt Moyses & Helias. Petrus autẽ dicit, Dñe bonũ est nos hic esse: nõ descẽdamus ad illos qui te volũt occidere: sed faciamus hic tria tabernacula &c. Nota ad dictũ Petri noluit respõdere, quia Petrus nesciebat quid diceret: sed ipsi respondet Augustinus. Vide o Petre q̃ profunde locutus es. nã deo tria sunt tabernacula facienda, vnũ in memoria, & hic est tabernaculũ legis Moyses: aliud in intelligẽtia, & hic est Helias propheta. tertium p volũtatẽ & amorẽ. Et hic est triplex tabernaculũ, vt sibi pparet totam animã p desideriũ, totã mentẽ p deuotionẽ, totum cor per amorẽ. Nota ꝙ tria tabernacula Petri figurãtur Deutero. xix. vbi sententialiter sic dicitur. Tres ciuitates separabis tibi in medio terrę quam dñs deus tuus dabit tibi in possessionẽ: sternẽs diligenter viã, & in tres æqualiter ptes totã terræ tuæ prouinciã diuides, vt habeat e vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Hæc erit lex homicidę fugientis cuius vita seruanda est. Qui percusserit proximũ suũ nesciẽs, & qui heri & nudiustertius nullũ cõtra eũ odiũ habuisse cõprobatur, sed abisse cũ eo simpliciter in syluã ad ligna cędenda, & in succisione lignoꝝ securis fugerit manũ, ferrũq; lapsum de manubrio amicum eius percusserit & occiderit, hic ad vnã pdictarum vrbium fugere possit & euadere, ne si longior esset via, pximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimula-

tus fugientem pſequens interficiat:ſicq; moriatur. Vbi locũ ſeriosum prouidet conſtruendũ,quia tres ciuitates. Pſal. Quis deducet me in ciuitatẽ muni tam? quis deducet vſq; in Idumeã.i. rufam,hoc eſt inflammatã diuina dilectione. Hę ſunt in medio.i. in corde ſiue in mente: memoria ad recognoſcẽdũ: intelligentia ad pcauendũ:& volũtas ad diligendũ, & ad ea q̃ deo contraria deteſtandũ. Via plana non ſcrupuloſa. Hic vide actũ virtuoſum conſequenter aſſumendũ,vel exercendũ: quia debemus cũ proxi mo.i.cum ſpiritu ire in ſyluã.i.in cor propriũ vbi ligna multa naſcuntur. Similiter in ſenſualitatem. Ioſue.xvij. Aſcende in ſyluã & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezei.i.tentationis, quia tentatio a deo ſe parat. Vide lapſum criminoſum diligẽter pcauen dum, ne.ſ.ferrum effugiat de manubrio.i.ne rigor ſuccedentis pœnitẽtię effugiat ab ope,& ſic perimat proximũ.i.ſpiritũ:quia tepor opis ſpiritũ perimit & extinguit:illud qđ cecidit de manu vnius filij p phetarum.iiij.Regũ.vj. Vide curſum fructuoſum diligenter aſſumendũ , quia ſtatim debet ad vnam ciuitatũ pdictarũ confugere. Pſal. Quis deducet me in ciuitatẽ &c. Via breuis,quia nõ debet eſſe dilatio pœnitẽtię,ne proximus occiſi.ſ.deus,dolore ſtimu latus percutientẽ perſequens interficiat eũ &c. Sed quare neſciebat quid diceret:vel quare dicit,Si vis: cum tamen ſit certum q vult? Reſpondeo, vel quia verũ dicebat & myſteriũ non capiebat. Sic Caiphas cum prophetabat,& tñ neſciebat quid diceret. Vel quia tabernaculum eſt manſio tranſmutabilis:fir mam autem deo habitationem facere (deo autem competit æterna) nõ ſufficiũt ſupra dicta,niſi aſſit q̃rtũ.ſ.obediẽtia in ſenſib⁹, & iſte eſt ſũme obediẽtis vel niſi ſit ibi gratia figurata,in Ioãne fides,in Pe

tro: spes, in Iacobo, & lõganimitas: i Petro non fit
tẽporalis successio, quia non fuerãt voto opera sub-
secuta. Nam ter dñm negauit: & ita tria tabernacu
I la constructa subuertit. ¶ Quantũ ad trãsfiguratio
nẽ nota ꝙ splẽdor diuinitatis redũdabat ĩ aiam: &
ideo clarebat lumine gratię: splendor vero gratię re
dũdabat in corpus, & ideo clarebat splẽdore corpo
rali: qui est beatificus: sicut splendor candelę lãpadis
redũdat in lampadẽ vitream: splendor vero corpo
ris redũdabat ĩ vestimẽta & faciebat ea cãdida. No-
ta ꝙ hic splendor est omnino alterius ratiõis a splẽ
dore solis: quia ille excęcat, hic scꝫ Christi cõfortat.
Nota ꝙ hęc trãsfiguratio quã Christus ostendit: si-
gnat dotes corporis & aię quãtum ad lucẽ & quan-
tum ad candorẽ seu niuem. Nã lux habet agilitatẽ,
subtilitatẽ, impassibilitatẽ, pręclaritatem. Hęc quat
tuor dotes sunt corporis. Item habet splẽdorẽ quo
ad visionẽ, calorem quo ad fruitionẽ, vigorem quo
ad tentionẽ, & hę sunt animę. ¶ Moraliter dicit no-
K bis. Hic est filiꝰ meus dilectus ipsum audite. Igitur
audiamus quid dicit nobis. Exod. xxv. Fac secũdum
exemplar quod tibi in mõte mõstratũ est. Quid di-
cit euang. Christus autẽ post sex dies transfiguraf.
L vt tu sicut transfigurareris: iuxta illud. ij. ad Corin.
iij. Nos autẽ reuelata facie gloriã dñi speculãtes in
eãdem imaginem trãsformamur. Vbi aduertendũ
secundũ beatũ Gregorium: ꝙ secũdum ꝙ diuersi-
mode te transfiguras: secundũ hoc deus tibi diuersi
mode trãsformatur. si es innocẽs transformat se ti
bi in angelum mansuetũ. si es verus filius, transfor
mat se tibi in patrem, Ego ero illi in patrem. si es
seruus ita ꝙ solum habes timorem seruilẽ, ipse dñs
tenet virgã & flagellum percussionis. si es bestia, ipẽ
est leo, de quo Amos. iij. Leo rugiet & quis nõ time-

bit eum? ¶ Qualiter igitur est ista trāsformatio fa- L
cienda? Respōdeo. ista fit tribus psonis psentib⁹, qa
homo transformat quādoq ex bestia in hominē, &
hęc trāsformatio fit p pœnitētiā: q̄ figurat p Petrū:
quia egressus foras. i. extra peccatū Petrus fleuit
amare, &c. Quādoq ex puero in senē, quę fit p iusti
tiā pcedendo de virtute in virtutē, vbi iunior senē
nititur supplātare: qa renouatus p gratiā vult mo
ribus senex effici. Hic est Iacob supplātator. Vel ecō
uerso ex sene in puerū. Ad Ephe. iiij. Expoliātes ve
terē hominē cū actib⁹ suis induite nouū q scdm deū
creatus est. Hic Iacob supplātat Esau. i. spūs corp⁹:
ipsiq bndictionē subripit: sicut hac die ecclesia solēni-
zat. Qnq ex hoie angelus efficit: isti sunt q ange-
lice & in virginitate viuūt scdm Hieronymū: quī
mundi nuptias fugiūt, & religionē intrāt. Isti sunt
Ioānes. i. pdilecti, quia discipuli. i. humiles qa oia re
linquūt, nuptias spernūt. Sed de primis tātūmodo
est dicēdū. Hoꝝ autē transfiguratio fit in mōte pœ M
nitētię. De quo Gen. xix. Ne stes in omni loco circa
regionē, sed in monte saluū te fac: pereuntę. s. Sodo
ma. i. mundo. Hoc fit post sex dies. De istis diebus
plura possunt dici: sed cæteris omnibus prætera-
missis accipiamus dies quibus mundus formatus
fuit. s. dies prima Die em prima factū est chaos. i.
peccati confusio. Eccli. xxxvj. Confundimini & eru
bescite. Debet em̄ induci ↄfusio supra cōfessionē pec
cati. Eccli. iiij. Est ↄfusio adducēs pctm̄, & est ↄfusio
adducēs gloriā. Sed hęc cōfusio nō pōt esse sine die
cognitiōis. Et ideo pma die creata est lux. Sed possu
mus dicere, Lux ī tenebris lucet, & tn̄ tenebrę eā nō
&c. Iob. xxiiij. Fuerūt rebelles lumini, nescierūt vi-
as ei⁹, nec reuersi sunt p semitas eius. Vn̄ ipe cōfes
quœritur iij. ca. Quare igit misero data est lux? & vita

Hi qui in amaritudine sunt animę. Secũda die fecit deus firmamẽtum.i.propositũ acquirẽdi gratiam & dimittendi culpã. Hoc diuidit aquas ab aquis &c. vel inter aquas & aquas.s.detestando pterita & pro ponẽdo futura nõ cõmittere. Eccli.xxvij. In tẽpore agnitionis inueniet firmamentũ. quãdo.s.homo se ipsum recognoscit. Tertia die cõgregant aquę.s.pec catorũ in locum vnũ, dum ad linguã per confessio nẽ reducuntur: & tunc apparet arida ad fructificã= dum cõsciẽtia nostra, quę prius humida fuerat per immũditiam: in qua diabolus habitabat: quia sub vmbra sedet in secreto calami in locis humẽtibus: vt ait Iob. Sed nota ꝙ in aridis nõ inueniet requiẽ: quia ibi nõ potest figere pedẽ suũ. Qđ bene figurat Gene.viij. in emissione colũbę de arca. Vnde colum ba signans spiritũ sanctũ nõ inuenit vbi requiesce= rẽt pedes eius propter diluuium: sed ecõtrario dia bolus requiescit in locis humẽtibus. Sed notãdum ꝙ istę aquę.s.peccatorũ reddunt cõscientiam sterilẽ: vt dicitur.iiij.Reg.ij. Ecce habitatio ciuitatis hui⁹ optima est, sicut tu ipse dñe prospicis: sed aquę pessi mę sunt. Vnde notandũ ꝙ sicut aqua vel maria ter ram circũdant: sic mare.i.peccati amaritudo debet semper circunstare cor nostrũ: sicut patet de Petro post negationẽ: qui dicit continuo fleuisse quotiens in recordationẽ venit peccatum. Quarta die fiũt lu minaria diuinarũ inspirationũ per confessionẽ in cęlo, quod dicitur a celãdo.i.in cõscientia. Tunc eñi oritur lumen rectis corde.i.illis qui recte purifica= uerũt conscientiã suã per confessionẽ. Dañ.xij. Qui docti fuerint fulgebunt sicut sol splendore. Quinta die fiunt aĩalia & aues.i.orationes: q̃ sunt partes sa tisfactionis: & pisces.i.ieiunia & castigationes cor= porales. Isti fiunt pisces maris.i.amari gemitus de

plorando culpã transactã. Sexta die formatur ho=
mo animal rationale.i.sagacitas & cautela prouidẽ
tię, ne.s.recidiuet suggestione diaboli. Pharao nãq
cõtẽptus surgit in scãdala,& filios israel prosequit
fugientes ad terrã promissionis:& in montẽ sacri=
ficij eis a dño constitutũ. Septima die fit requies cõ
scientię: in qua stat cõtẽptus omniũ terrenoꝝ,& in
quo fit excessus mẽtis in deũ:& tunc Christus est ti=
bi trãsfiguratus & tu ipsi. In hac transfiguratiõe ca
dũt discipuli, quia cõtemplationis excessum & cõso
lationẽ interiorẽ homo percipere nõ potest nisi ca=
dat totaliter ab affectu terrenorũ. Hic est mons vbi
Christus trãsfiguratur. ¶ Notandũ ꝙ ab hoc mon te sterilitas cõscientię & pœnuria deuotiõis excludi N
tur: dũ.s.corpus per pœnitẽtiã maceraṭ. De hoc fi=
gura.ij.Reg.xxj.de quinq filijs Saul, qui a Gabaonĩ
tis sunt positi in cruce. Gabaonita interpretaṭ val
lis mœstitię.i.humilitas cõfessionis & contritionis.
Dauid vultu desiderabilis liberũ est arbitriũ vel in
ternus spiritus: cui debetur regnũ: siue caro q̃ per=
sequiṭ spiritũ. Quinq filij sunt quinq sensus: quos
dat humilitati spũs postq̃ regnauerit cruciãdos: ꝑ
pœnitẽtiã em̃ iocũditas tẽporalis perimitur. Gen.
xxij. Vade in terrã visionis & offeres mihi filium
tuũ quem diligis Isaac in vnũ montiũ &c. Sed nota
perimiṭ in ariete, dũ.s.lasciuia castigatur, superbia
cõtunditur & exuitur.

De eadem ad literam. Ser.III.

ASsumpsit Iesus Petrum &c. Beatus A
Gregorius lib.xxviij.Moraṭ.ca.ij. vbi expo
nẽs illud Iob.xxxiiij. Indica mihi si habes i=
telligẽtiã quis posuit mẽsuras terrę si nosti: & quis
tetẽdit super eã lineã. sic dicit. Suꝑ hanc.s.cordis no

Tempus quod obseruatur: quia post dies octo.
Cœtus qui conuocatur:quia assumpsit Pet.Iac.& Ioa.
Locus qui designatur:quia in montem excelsum.
Cultus qui renouatur,quia transfiguratus.

¶De hac trāsfiguratiōe Apoca.x. Vidi aliū angelū forte,descendente de cælo,amictū nube:& iris in capite ei⁹ &c.In angelo notat plenitudo munditiæ:in alio.s. a malis quos ante viderat Ioannes:iustitiæ fortitudo,valetudo potētię,in descensu magnitudo clemētię.Hic descēsus secundū August.x.de ci.ca.v. non est aliud ꝙ noua operatio in terrenis: quia operatiōe seipm manifestat. Et si dicat ꝙ euāgelista nō dicit eū hic descendisse:sed discipulos mōtem cū eo ascendisse: Responsio,eadem est via qua ascēditur & descēditur:immo idem est ascēsus & descēsus.Operās igitur aliquid Saluator in se descēdere dicit.s.in illis quibus reuelat:hic dicit ascendere:quia per talē ascēsum ipsi ascendūt in deū.Exemplū de eius assumpta humanitate in qua ipsius descēsus fuit noster ascensus.Amictū nube, id est vestitū carne mūdissima:quia nubes dicuntur:quia velant corporis claritatem sicut sol splendorem.Ezech.xxxij.Solem nube tegam.¶Et iris in capite eius.i.vidi eū coronatum dotibus quattuor corporis in quattuor colorib⁹ Iridis figuratis.Sūt eīn in Iride quattuor colores correspondētes quattuor elemētis &c.& figurāt quattuor dotes.Homo eīn cōpositus est ex quattuor elemētis: ex quolibet trahet vnā dotē, qn̄.s.trahētur elemēta ad optimā ꝓportionē.Nā nūc ignis offuscat ex alioꝝ pmixtiōe:ſ; tūc cōuertet i claritatē.Aer ꝓgrauat graui infect⁹ admixtione:sed tūc cōuertet ī agilitatē.aq̄ īspissat ex turbulēta admixtiōe ſ; tūc ꝯuertet ī subtilitatē.Terra ēt tūc mult⁹ scissuris exposita pmutabit i ipassibilitatē.Per Iridē igit

in qua sunt quattuor colores, quattuor elementis
E correspōdentes, decor dotiū intelligit. ¶ Assumpsit Iesus Petrū & Iacobū. Hic Iacobus fuit frater Ioannis. Cōtra, Augustin⁹ sup epistolā ad Galat. j. dicit hūc fuisse Iacobum episcopū Hierosolymitanū: cui concordat Ambro. sup Luc. lib. ix. dicēs hūc primo accepisse iter Apostolos soliū sacerdotale. Respōdeo ꝙ Augustinus loquit scdm opinionē alioꝝ: vel ꝙ loquitur de solio sacerdotij æterni: quia primus inter Apostolos occisus est ab Herode. Ducit istos in montem Tabor, qui ꝑ quattuor miliaria distat a Nazareth. Et transfiguratus est ante eos. In hoc notatur humilitas: quia ab angelo alio: sed angelus Satanæ ꝑ superbiā transfiguratur in angelū lucis.
F ij. Corin. xj. ¶ Nota, iustus nō debet se transfigurare, sed transfigurari. Item plus debet lucere facies. i. mens & cōscientia q̄ vestimenta. i. cōuersatio, vt sit plus intus, & mens appareat minus. Exemplum Matth. xxiij. Veh vobis qui similes estis sepulcris dealbatis, q̄ a foris apparēt hominibus ꝓciosa: intus aūt plena sunt ossibus mortuoꝝ, & omni spurcitia. Tria tabernacula: nesciens qd diceret. Tū qa
G quos deus coniūgebat volebat separare: tū qa erat beatitudinis dispositio: noluit cōsummationē gloriæ accipere: tum quia ante voluit beatificari q̄ ꝓcederet meritū: tum quia seruos parificabat dño: tū quia regnū electoꝝ voluit in terra cōstituere: tum quia in gloria tabernacula futura credidit: tum qa vtilitatē proximoꝝ negligebat. Vnde Augustinus. Quid dicis sancte Petre? mūdus perit, & tu stare quęris. Vides tot gētes cōuenisse in vnū, & tu secretū diligis. Vides tenebras mūdi: & tu lumen abscōdis. Nemo accēdit lucernā & ponit eam sub modio &c. Facies sua resplenduit sicut sol. Immo plus dicit

Glossa,sed nõ habuit aliud exẽplũ.Eccli.xix.Ab occursu faciei suę cognoscitur sensatus .dei.s.sapientia Christus. De hoc figura Dañ.x.In dieb⁹ illis (tacet de noctib⁹,quia in lumine iustoꝝ nihil erit noctis. Prouer.iiij.Iustoꝝ semita quasi lux splendens ꝓcedit & crescit vsq; ad perfectũ diẽ) ego Dañ. lugebã Matth.v.Beati qui lugent &c. Quis actualiter infirmus,certus de morte,conscius de crimine,incertus de venia,dubius de sententia,ridere debeat nisi phreneticus? Et ideo Eccli.vij.Cor sapiens vbi tristitia est.Cor stultum vbi lętitia est.Triũ hebdomadarũ dies.Septẽ eñ sunt vitia capitalia quibus homines peccãt cõtra naturã, contra rationẽ,& contra conscientiã. Vñ.iiij.Reg.iiij. Lauare septies in Iordane:& mundabitur caro tua.Iordanis fluuius iudicãtis & pœnitẽtis.j.Cori.xj. Q; si nosmetipsos dijudicaremus,nõ vtiq; diiudicaremur. Panẽ desiderabilem nõ comedi.i.panẽ mendacij: in quẽ lapides.i.rigorẽ pœnitentię fraudulentus hostis dominũ ꝯuertere suadebat:sicut est habitũ in ꝓcedẽti dominica.Et caro (Glossa Grego.i.culpa. iuxta illud ad Ro.viij. Si scdm carnẽ vixeritis,moriemini.Et.j.ad Corin.xv.Caro & sanguis regnũ dei nõ possidebũt.) & vinũ (id est inepta & mũdana lætitia q̃ facit animã ebriã,& mœchari cũ mundo vel cũ hoste.Ad Ephe.v.Nolite inebriari vino in quo est luxuria.Et Prouerb.xxij.Ne intuearis vinũ q̃n flauescit,cũ splẽduerit in vitro color eius, ingreditẽ blande, nouissime mordebit vt coluber) non introierũt in os meũ(.i.in cordis appetitũ. iuxta beatũ Gregoriũ.Psal.Os iusti meditabitẽ sapiẽtiã.) donec cõplerẽtur dies triũ hebdomadarũ.i.plena satisfactio culpæ.vel septenarius referatur ad totã vitã: ternarius ad fidem.Die autẽ vicesimaquarta (quia

impleto decalogo pceptorũ & gemina charitate: & doctrina quattuor euãgeliorũ)eram iuxta fluuium magnũ qui est Tigris(.i.iuxta fluenta gratiarũ quę ad morẽ tigris fluunt cum impetu.Psal. Fluminis impetus &c.Tanta est eñ gratiarũ copia apud fontem vitę increatę ꝙ exuberãt affluenter: & cũ impetu maximo,se diffundũt.Vnde Dañ.vij.Fluui⁹ ingens rapidusq; egrediebatur a facie eius.rapidus si bene ptingat ad hoiem: imo hõ si impetũ ei⁹ nõ fugiat p ipsum rapitur a terrenis:sicut Paulus queꝫ rapuit vsq; ad tertiũ cęlũ)& leuaui oc'los &c.(Esdr. Ix.Leua oculos tuos i circuitu & vide)& vidi:& ecce vir(.j.Reg.xxvj. Nunquid nõ vir es tu?& quis alter similis tui in Israel?)vnus &c.(Virũ dicit ex milibus vnũ inueni.Vñ Eccl'i.ix.Vnus est & secũdũ nõ habet) vestitus lineis (carne mundissima stola claritatis & glorificationis assumptę,ad quã tñ ad modum lini multis tũsionibus & percussuris peruenit Apoca.iij.Qui vicerit sic vestiet vestimentis albis) & renes eius accincti auro obrizo(.i.erat in prima puritate cõsistens.i.in charitate ad propagãdos filios spirituales.Apoca.j. Accinct⁹ corona aurea ad mamillas.vt in pectore,amor charitate circũtect⁹: in mamillis dulcor pietatis lactãs paruulos) & facies eius velut species fulguris.quia resplenduit facies eius sicut sol.Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.Marc.ix.dicitur.Qualia fullo nõ potest facere super terram,& bene vtrũq; cõmemorat scriptura.In niue natura operatur cãdorẽ.in vestimentis fullo.Vestimẽta autem sunt fideles.Esdr.v. Omnibus his velut ornamento vestieris.sicut apostolus.Quicũq; baptizati estis Christum induistis. Allegorice loquendo,denotatur hic in niue candor innocẽtiæ.In fullone vero cãdor pœnitẽtię. Vtrũq;

candorem habuit: sed hic dicitur. Vestimenta eius sicut nix. quia ibi erat candor innocentię naturalis & puritatis in fide. videtur autem qualia fullo non potest facere: quia nullius vita, nulli⁹ doctrina: nullius pœnitentia, ad illum niueum candorem peruenire potuit &c.

¶De eadē, ex Epistola, Sermo qui est.IIII. A

SCiat vnusquisq; vestrum suū vas possidere in sanctificatione & honore.ij. Thessa.iiij. Secundū q; ait Salomon Prouer.xxij. Qui diligit cordis mūditiā habebit amicum regē, propter gratiā labiorū suorū. Vocat autē labia opa quęcūq; quibus homo vel anima loquitur ipsi deo. Tūc aūt sunt grata régi nostro quādo a mūdo corde pcedūt. Ratio autem est quare sic deo placent, quia si omni homini mundū ministeriū sit acceptū, illi tñ singulariter est gratū, q nihil est aliud q̄ pura mūditia. Ideo dicit sancti, i. sine terra & mūdi affectione estote, quoniā ego sanctus sum. Cōsiderās igit Paulus diuinus Aplus tale ministeriū dño fore gratum, ad huius mūditię sanctificationē in qua sumus vocati sollicite nos hortatur, dicens. Sciat &c. In quibus verbis ad tria nos inducit. videlicet

Ad limpidā conspectionem. Sciat vnusquisq;.
Ad prouidā gubernationē, Suum vas possidere.
Ad nitidā expiationem. In sanct. & honore &c.

¶Sciat vnusquisq; &c. vbi est aduertēdum B q; vas dicitur omne illud quod potest esse alterius contentiuum. Vnde & philosophus vocat locum vas immobile. Quia igitur corpus est preciosi thesauri, scilicet animæ contentiuū: item cor cogitationum: item anima gratię: item sensus propriarum

operationũ, quodlibet horũ vas poterit appellari. Ad omniũ igitur horum seruandã munditiã Apostolus nos iuitat dicẽs. Sciat vnusquisq; &c. Ad hoc autẽ faciendum multa debent nos inducere. Primo propter dominicũ præceptũ. de quo pcessit figura. Leuiti. vj. vbi dicitur. Hęc est lex hostię pro peccato quę immolabit corã dño in sancto sanctorũ: & sacerdotes qui offerent eã, comedent eã in loco sancto, in atrio tabernaculi. Vas autẽ fictile in quo cocta fuerit hostia cõfringetur: vas autẽ æneum defricabit

C & lauabitur aqua. ¶ Moraliter hostia pro peccato est pœnitẽtia quę fit in remissionem peccatorũ: hæc debet immolari coram dño: quia requiritur recta intẽtio & nõ corã mundo. Matth. vj. Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus: vt videamini ab eis &c. Item in sancto sanctorum. i. in munditia. Sacerdos est affectus qui debet cõmoueri. i. delectari & nutriri in huiusmodi cõsciẽtiæ mũditia: nõ in agro hui⁹ mũdi vel corporis pprij: sed in atrio tabernaculi. i. in cohabitatiõe sensuum per quos ad sancta qs ingredit. Vas fictile est corpus in quo thesaurus cõseruatur. ij. Corint. iiij. Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus &c. & bene in vasis fictilibus: quia de terra fiunt, nõ solũ corruptibilia siue fragilia ad corruptionẽ, siue ad mortẽ: verũ etiam ad peccatũ. Vas æneũ anima in qua thesaurus gratię cõtinetur: quia est firmior & solidior. Nota vitrum nõ corrũpitur sed frãgit, sed homo bene corrũpitur. Item lucida si tersa igni decoquitur. Hostia est ardor doloris in quo agit pœnitentia vel feruor deuotionis. Debet igitur vas fictile cõfringi. i. macerari & atteri: & tũc vas æneũ defricabit: dũ. s. ex hoc aĩa purior reddit a scoria peccati. ij. Corin. iiij. Licet autẽ is qui foris corrũpatur: tñ is qui intus est re-

nouať de die in diem. ¶Secūdo propter diuinā vi= D
tionē. de hoc figura Dañ.v.Balthasar fecit grāde cō
uiuiū optimatibus suis: & temulētus iussit afferri
vasa quę pater suus trāstulerat de Hierusalem & de
tēplo:& bibit rex in eis & optimates & vxores & cō
cubinę,& laudabāt deos suos &c. ¶Moraliter Bal=
thasar interpretať capillus q habet cordis leuitatē
qui agitať omni vēto,& est insensibilis diuinā inspi
rationē nō capiens.Item interpretať abscondēs di=
uitias,quibus.s.abutiť gratis sibi datis.Hic facit cō
uiuiū:dū.s.seipsum cōuertit ad peccatū:inebriať vi
no.s.delectationis ꝓphanę.Hoc est cōuiuiū quo filię
Loth.Geñ.xix.inebriauerūt eū cū egress⁹ de Segor
māsit ī mōte ī spelūca &c.ita ꝙ de vna suscepit Moab
& de alia suscepit Amon.Loth interpretať declinās
& significat hominē rectitudinē iustitię declinātem
siue viā mādatorū.hic exiens de Segor qui interp̄ta
tur parua.i.de humilitate diuinę obediētię,ascendit
in montē sugbię:& ibi quasi in spelūca latitans.i.in
tenebris peccati & ignorātię,de duab⁹ filiab⁹.i.sug=
gestione diaboli & cōcupiscētia carnis:ex vna gene=
rat Moab qui interpretať superbia.Ex alia generat
Amon qui interpretať luxuria turbat⁹: quia actus
est fęculētus. de hoc vino Eccli.xxxi. Multos enim
exterminauit vinū.Hic iubet auferri omnia vasa,
quia oēs sensus & cor & mentē:inebriat optimates
id est voluntatē.Item vxorē.i.rationē. Item cōcubi
nas.i.carnē vel sensualitatē sectando.s.passiōes.Hęc
sunt vasa q̄ ad templū dei pertinēt secundū aposto=
lū:quę pater ei⁹ Nabuchodonosor.i.diabolus abstu
lit.Primo quidē de paradiso & de templo dei,quib⁹
nunc iste abutitur.Nunc autē aufert quotidie de tē
plo dei & ecclesię militantis per demeritū vt iā sint
vasa nō gratię sed cōtumelię & peccati.Ezechie.xvi.

scribit Phares.i.diuisum est regnū tuum: quia corpus ab aīa miserabiliter separatur, & datū est Medis & Persis. Medi mēsurantes iterpretanf: & signi ficāt dęmones qui pœnam culpę mēsurāt. Esa.xiij. Ego suscitabo sup eos Medos, qui argentū.i.eloquētiam nō quęrant: nec aurum.i.sapientiam velint: quia nec allegatio nec astutia in p̄senti liberabit. & ideo bene sequitur: sed sagittis.i.stimulis punitionū paruulos: qui stultitiā dilexerūt: interficiēt morte secunda. Persę.i.dissoluētes latera sunt vermes q̄bus datur corpus in escā & anima dęmonibus, donec tandē infelici cōmercio copulentur: vt ait Bern.

Feria.II.Dominicę.II.in.XL.

EGo vado, & quęritis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan.viij. Tria inter alia h3 facere gratia spiritus sancti in nobis. q̄ hic tangunf. Habet eñ aīam deducere: vt iā nō dicaf aīa ire: sed ipsam gratia portare. ideo dicit. Ego vado. Gloriā perquirere, Et quęritis me. Maculam abiicere & perimere. Et in peccato vestro moriemini.i.moriemini quo ad peccatū: vt iuste viuatis. Ergo pro ipsa gratia obtinēda &c. ¶ Ego vado & q̄ritis me. vt supra. Secūdū φ probat Aug.xij.de ciui. dei.c.viij. Forma vel ratio pc̄ti in auersiōe a summo bono cōsistit. Nihil eñ ē aliud scd̄m ip̄m pc̄m: nisi affectio inordiate amātis vel odiētis, iustitia derelicta. Et hic verificaf dictū Iacobi.ij. Qui i vno offenderit fact[9] est oīz reus. qa ip̄e culpabilis ē quātū ad id qd̄ ē formale i pc̄ō. Licet aūt pc̄m̄ i tali auersiōe cōsistit, diciē tñ vnū esse alio pc̄ō graui[9]: & p consequens difficilius ad curandū vt dicit Hugo: quia si aliquis summum bonum relinquens ad bonum vilius aut detestabilius se conuertit: talis pro viliori

precio deū dimittit. Et ideo tanto grauius peccat, quāto vilius est qđ affectat. Exēpla patent. Alio modo diuersimode quis peccat, quia. s. ab alio principio impellitur, quia quidā ex ignorantia, & hoc est graue: quidā vero ex fragilitate, & hoc est grauius: quidā vero ex ꝑpria malitia, & hoc est grauissimū. Istud autē peccatū nūq̄ potest corrigi bene, sicut patet in diuersis: pro eo ꝙ excęcat rationē, infirmat propositū, & eneruat omnē conscientiā: singulariter tñ in malignis Iudęis de qbus fit mētio in Euāgelio hodierno: qui tātū erāt cęcati a malitia ꝑpria ꝙ nedum miraculis verū etiā veritati agnitę contradicebāt. Sicut bene ostendit Euāgelium hodiernum, in quo quattuor considerabimus, videlicet

A Duram comminationem: Ego vado.
Cęcam collocutionem. Dicebant igitur ei.
Claram explicationem. Et di. eis.
Plenam informationem. Dice. igitur ei.

D ¶ Pręmittitur, sicut dixi, dura cōminatio facta Iudęis: circa qđ quattuor facit: quia primo suā explicat clementiā. Ego (inqt) vado pro vobis. s. sponte nece immolari, vt vult Glossa. Nō eñ impellor, sed sponte vado. Secundo ipsoꝝ indicat malitiā. Et q̄ritis me interficere hominē qui vera locutus sum vobis. Tertio ostendit infidelitatis siue obstinationis punitionē: quia ī peccato vestro moriemini. Quarto sentētię ꝑfixionē: Et quo ego vado vos nō potestis venire, detinēte vos malitia, & ex hoc finita est

E sententia. ¶ Sequitur Secūdū, vbi ponitur cęca collocutio. Dicebāt igitur Iudęi adinuicem. Nunqd interficiet semetipꝫm, qa dicit Quo ego vado, vos nō potestis venire? Stulta verba & omni insipiētia plena: quia si de morte diceret, nō possent eum sequi. Aduertendū tñ ꝙ ex abūdātia cordis, os loquitur.

quia igitur sanguinem eius & mortē omnino cor-dibus suis habebāt impressa, quia illā cōtinue ꝑcu-rabant & pertractabāt: ideo quasi nihil aliud loqui aut ꝑtractare poterant de eo. ¶ Sequitur tertium. F
vbi ponit clara explicatio illoꝶ.s. quę Christus dixe rat. Duo autē dicebat Iudęis quātū ad cōminationē quoꝶ vnū erat ꝙ ipsi nō poterāt venire quo Chri-stus ibat: alterū vero qđ ad hoc sequebat, ꝙ i pecca-tis suis morietur. neutrū autē istoꝶ excęcati Iudæi videre poterant: idcirco Christus hoc eis declarat. Probat autē primū dupliciter, videlicet ꝙ ipsi non possent ire, quo Christus ibat. Primo sic, ille q est pręcise deputatus alteri extremo ad alterū ꝑuenire nō potest: patet de lapide. Sed vos estis hmōi. pro batio, quia vos deorsum estis. i. onusti sarcina pec-catoꝶ estis deorsum deputati. Exodi. xv. Submersi quasi plumbū in aquis vehementibus descēderunt in profundū quasi lapis. Secundo sic. ille nō potest venire quo vado qui nō habet instrumenta ad am-bulandū: sed vos estis huiusmodi. quia vos estis de hoc mundo: quātum ad affectum: & pedes vestri ad mūdum currunt, & ibi affectibus estis compediti: ego autem non sum de hoc mundo: immo sum de supernis: igitur bene dico ꝙ vos quo vado non po testis venire. ¶ Aduertēdum tamen ꝙ ex isto verbo G
Saluatoris voluerunt aliqui hęretici dicere Chri-stum non verum hominem fuisse pro eo ꝙ dicit se de hoc mundo non fuisse. Sed istud argumētum ni-hil valet, quia per idem possunt arguere Christi di scipulos veros homines nō fuisse, quibus Christus dicebat, Si de mundo fuissetis mundus quod suum est diligeret. ¶ Vnde aduertendū ꝙ mundus multi pliciter potest accipi. Vno modo pro tota fabrica H
mūdiali scđm ꝙ continet quattuor elementa & se-

cundã essentiam quę diuiditur in decẽ orbes.de hoc Ioan.j.Mundus per ipsum factus est.Alio modo dicitur mũdus vita mundana, in qua est terra auaritię,aqua luxurię,ignis superbię, quia semper ardet ex ambitione dominãdi,insuper vult ascendere:aer incõstantię:quia honor mũdanus est sicut rota vel sicut aer qui omni vẽto agitatur & omni tentatiõe. Ibi insuper est empyreum quasi imperiũ propriæ voluntatis quæ vult regnare:ibi est firmamentum obstinationis:ibi est firmamẽtũ quod vincit aquas superiores ne fluant.i.diuinã gratiam &c. q̃q̃ per crystallum possumus intelligere mundanã prudentiã quę stultitia est apud deuꝫ.De hoc mũdo Ioan.j. Mundus eũ non cognouit.cum tñ dicat Grego.ꝙ terra cognouerit,quia mortuos quos tenebat reddidit &c.Sic ibi ponitur. Alio modo homo dicitur mũdus qui secundũ naturalem dispositionẽ ad instar mũdi est creatus.Ibi eñ vt exponit beatus Augustinꝰ super Gen.est cęlũ & terra,corpus & aĩa:ibi sunt quattuor elemẽta secundũ quattuor humores. in aĩa autẽ sunt quattuor orbes. Hic mũdus Marci vltimo vocaẽ oĩs creatura,prout exponit Greg. Alio modo dicitẽ mũdus vita spiritualis: in qua debet esse empyreũ quasi imperiũ libertatis: q̃ subditur peccato ne trahatur ad seruitutẽ firmamentorũ diuinorũ beneficioꝝ. crystallinum intelligẽtię & prudẽtię nõ mũdanę sed diuinę.Septẽ planetę.i.vniuersitas studiosę occupationis,terra cõstãtiæ,ignis charitatis,aqua gratię vel lachrymarũ vel deuotionis,aer deuotę orationis qua nutritur charitas,calor.s.qui est in corde dilectio dei & proximi. Istum mundũ innuit hic Saluator cũ dicit. Ego auteꝫ nõ sum de hoc mũdo:igitur de alio scilicet de spirituali vita.De hac dicebat se esse & de mũdana negabat.

¶ Secūdū.s. ꝙ ipsi in peccato suo morerent, probat Saluator sic.ille moritur qui vita priuat. Qui aūt priuatur fide, priuatur vita: quia iustus ex fide vi= uit. Ideo si nō credideritis quia ipse sum, morienī ni in peccatis vestris.s.in peccato infidelitatis, ad qđ omnia alia consequuntur. Hic introducas si vis quomodo per fidem salui facti sunt etiam angeli. I

¶ Sequitur quartū.s.plena informatio. Cum enim Iudęi hoc audientes dicebant ei, Tu q̄s es? Christus respōdit informādo eos de seipso, & ostendit se esse Auctorem tutę ęternitatis. Ego principium. K

Doctorem merę veritatis. Qui loquor vobis. Rectorem seu iudicem firmę ęquitatis: Quia mul= ta habeo vobis loqui.s.facta vestra discutiendo, & rationē exigendo, & vindicare facta vestra punien= do: sed hoc modo non faciā. Ista autē omnia (dicit Christus) ego non habeo a meipso, sed a patre meo cum simus vnū in entitate, quia cum exaltaueritis filium hominis in corde vestro per fidem. vel in iu dicio, qa misericordia supexaltat iudiciū, eo ꝙ quā= to maiorem misericordiam deus peccatori ingra= to pstiterit tanto districtius punietur. In veritate, quia sic docuit me pater qui verax est, sic loquor. In charitate & indissolubili societate, Quia qui mi= sit me mecum est, & non relinquit me solum, quia quę placita sunt ei semp facio. Ego de supernis sum. L

Nota ꝙ homo ex tribus cognoscitur: ex loquela: ex vestimentis: & armis seu insignibus. Sic tripliciter possumus cognoscere qui sunt de hoc mundo. Pri= mo quidem ex loquela. Ex abundantia enim cor= dis os loquitur. Nota ꝙ duo sunt quę mirabi= liter habent pandere cor hominis: immo prodere: scilicet visus & loquela. Loquela igitur manifestat vnde homo sit: vtrū ex deo an ex diabolo. Isti bene M

finaliter cognoſcentur. Figura Iudicū.xij. Nota hiſtoriā de Iepte ꝯtra quē inſurrexerūt viri Effraim. Iepte aperiens interpretatur: & ſignat Chriſtum qui omnia aperiet in iudicio. Effraim creſcēs.nō in merito ſed in peccatis creſcit per ſuperbiā cōtra dominū inſurgēs. Galaaditę aceruus teſtimonij. Hī ſunt angeli qui erūt teſtes in iudicio.de qbus Eſdr. xliiij. Vos teſtes mei. Iordanis riuus iudicij: vel fluuius iudicātis. Ibi igitur ſtabūt Galaaditę. Vnde angeli interrogabunt vnde es tu,& tunc dicēt: dic Sebboleth,quod interpretaẗ ſpica.& miſer peccator dicet chebbeleth.i.palea. Igiẗ dicet angelus paleas collegiſtis & paleas peccatorum cremabitis: & tūc interficiet eos &c. Vere tu ex illis es: nā & loquela &c. Matth.xxvj. Ex veſtimētis. Hiere.ij. Sanguis innoxius inuētus eſt in alis tuis.i.in ornamentis & in veſtimētis tuis quibus volas per mundū per vanā gloriā. Sāguis innoxius, qui de male acquiſitis &c. Sed attende iudicium. Actuum.xij. nota hiſtoriā de Herode. Herodes glorians in pellibus vanā gloriā ſignat: hic ſedet per propriam reputationem in cathedra elationis mētis, indutus veſtimentis.i. ornamentis mundi. Loquiẗ per iactantiā: quia iactat ſe de bonis ſibi collatis ac ſi eſſent propria. ſed quidẗ ſubito diſſoluitur paralyſi. Dū eīm ſibi diuinū bñficiū attribuit efficiẗ inſenſibilis ad correctionē & immobilis ad bonū. recedente a corde calore dilectionis,& ſpiritibus deuotiōis, mortificātur membra nec valēt ad meritum operari. Sic igitur hic Herodes paralyſi & a vermibus cōſumptus miſerabiliter vita priuatur. Vermes vt ait Greg.xv.moraľ. cap.xvj. curas carnales ſignant. Vnde exponēs illud Iob.xxj. Et tamen ſimul in puluere dormient: & vermes operient eos,ſic dicit. In puluere dormie

re est terrenis desiderijs oculos mētis claudere. Vnde vnicuiqȝ peccanti & in sua culpa dormienti dicit Surge qui dormis &c. Nota vermes qui de carne nascūtur eos simul operiunt: quia siue diuitis siue pauperis supbientis animū curę carnales premūt. In rebus em̄ terrenis pauper & diues reprobus q̄uis nō pari prosperitate fulciant pari tn̄ anxietate turbātur. Hęc Grego. Vel per vermes carnales fœditates designant secundū eundē Moral.xvj.c.vlti. Superbientē igitur diuinis beneficijs de⁹ vermib⁹ perimit: quia interdū de⁹ occultam superbiā p manifestam luxuriam denudat. Per arma seu insignia noscuntur principes mundani.

Feria Tertia Hebdomadę Secundę.

VNus est magister vester &c. Matthei xxiij. Sicut peccatum seu vitiū habet aīam seu mentē vnitā dispergere: erectā prosternere, instructā decipere: sic de⁹ mediante gratia sua ipsam mentē habet dispersam vnire & congregare, ideo vnus: prostratā stabilire & solidare, ideo est: deceptā erudire & cōfortare, ideo magister. Tria circa hominē operatur: reddit nāqȝ ipsum insignē claritate, qui se. Exilē humilitate: humiliauerit. Sublimē felicitate: exaltabit. ¶ Sup cathedrā Moysi sederūt Scribę & Pharisęi &c. vt supra. Secundū q̄d dicit beatus Augustin⁹ de verbis dei. Ois delectat celsitudo: sed humilitas firmat gradus. Qui tēdis pędem vltra te, cadere vis nō ascēdere. Patet autē huiusmodi dicti Augustini veritas testimonio multiplici scripturarū. In se nāqȝ lucifer ruit: quia pedem sui inordinati desiderij vltra: immo supra se ponere & erigere voluit: q̄d est monstrū. Inde etiā cecidit primus homo &c. Volens igit Saluator noster nos A B

ad primũ ducere paradisi gradũ quo scandere possumus, ostendit in euangelio hodierno ostendẽdo & reprobãdo &c. In quo quidẽ euãgelio tria innuũtur vez. Acceptare pconiũ veritatis. Super cathedram. Deuitare ludibriũ vanitatis. Ideo nota opera sua. Procurare plãtarium paruitatis vel humilitatis. Vos autẽ nolite vocari Rabi. Decet igitur quantũ ad primũ acceptare & auscultare veritatis pconiũ, dicens, Super cathedram Moysi &c. Vbi inducit ad aliquid obseruandũ, quia eruditionẽ certã. s. legis: Super inquit. Ad aliquid relinquendũ, quia conuersationem prauam. Secundũ autem opera eorũ &c.

C ¶ Nota scdm beatũ Augustinũ de doctrina Christiana, q omne verum a quocũq dicatur a spiritu sancto est. Et ideo veritas cum reuerentia auscultãda, illa. s. quæ spectat ad duo. Primũ est auctoritas officij, Quomodo (inquit Apostolus) pdicabũt nisi mittãtur? Nemo enĩ debet sibi assumere honorem nisi qui vocatur a dño. Et hoc notatur in hoc qd dicitur, Sedent. Pertinet enĩ hoc (vt ait Augustin⁹) ad dignitatẽ magistri. Secũdũ est approbatio doctrinę, qa debet eẽ nõ de figmẽtis poeticis: nõ de phãtasmatibus & somnijs: sed de lege & scriptura sacra. Et ideo dicit Moysi. Item nota q vnũ istorum sine altero non sufficit &c. Hieronymus. Nam bene docẽdo ostendis populo quomodo debeat viuere, male viuendo doces quomodo debeat malefacere. Hic igitur habemus documentũ Saluatoris q prędicatio etiã a peccatoribus dũ tamen fundetur in veritate scripturę diuinę, nõ in erroribus, est audiẽda & opibus adimplenda. Exẽplũ huius: si facimus corpori Christi reuerẽtiã qñ malus sacerdos dicit missam: sic est de verbo diuino. Nota q oportet hoc verbũ

D esse de sacra pagina, qa solũ habet efficaciã, qa est ibi

virtus spiritus sancti:qui per pphetas locutus est, & cōsistit in verbis illis qñ proferūtur : nō autē sic assistit verbis paganorū quantūcūq3 etiā sint vera. Ergo bene dico : secundū opera corū nolite facere: quia ipsi dicūt & nō faciūt. ¶ Alligant autē &c. vbi E
docet declinare qđ erat in istis pphetis quātum ad quin q3.vc3 Quia ostendebāt austeritatē vitę:quę tñ nō erat in eis.Imponebāt eñ onera grauia pœnitē tię & importabilia hominib⁹,& ipsi nedum humeros illis supponere,verū etiam digitos ad mouendū nolebāt extendere. Chrysostomus. Melius est de misericordia rationē reddere q̄ de crudelitate.Nam vbi paterfamilias est largus:dispēsator nō debet esse tenax. Christus nanq3 misericorditer liberauit & absoluit & nullum onus aliud imposuit:sicut patet in multis.Ostendebant recordationem diuinorum mandatorum quasi haberent deū iugiter ante oculos mētis: & propter hanc dilatabant phylaterias suas: in quibus scribebant decalogum:& ponebant in frontibus suis, & in manibus sinistris, designantes ꝙ cor siue consideratio & meditatio, & etiam opera,circa legem domini versabantur. iuxta illud Deuteronomij sexto. Ligabis ea quasi signum in manu tua. Et omnia faciebant vt viderentur &c. Nota ꝙ isti hoc ordine procedebant ad iudicium excipiendum:quia portabant ligata diuina mandata in frontibus:quia scilicet ea cognouerunt : & in manu sinistra, quia ea non impleuerunt, vel cum sinistra intentione. In sinistra autem non est robur.Et magnificabant sibi fimbrias : quæ scilicet erant in quattuor angulis palliorum: sicut præceperat Iudæis vbi ponebant pannum hyacinthinum: & vbi Pharisęi ponebant spinas &c. Sequebantur prætereacarnis delitias: quia desiderabant

primos accubitus in mẽsa: vbi. s. melior portio ponebatur. Sectabantur auaritiam: quia conabantur habere primas cathedras in synagogis, vt. s. essent pręcipui in oblationibus, quę eis fiebãt: sed & nũc fit illis qui sunt in capite chori tẽpore sepulturę: quibus. s. dãtur cærei grossiores &c. Desiderabant reputari sapiẽtes, & haberi in reuerẽtia. s. salutari in foro & vocari Rabi. Hęc autẽ omnia erãt signa arrogãtię & supbię quæ occupauerãt ipsorum corda.

F ¶ Vos autẽ nolite &c. Vbi docet extirpare superbiã & plãtare humilitatẽ. Vult autẽ ꝙ homo sibi fastũ nõ attribuat sciẽtię, quia sciẽtia inflat scd̃m Apostolum &c. Nec etiã culmen potentię & p̄sidentię, & ponit rationẽ huius: quia ista solum deo attribuenda sunt, qui est magister & dñs. nos autẽ sumus discipuli & filij & fratres, & ꝑ cõsequẽs pares inter nos. Producti ab eodẽ principio temporali Adam vel Noe, & hocquantũ ad corpus. Deputati eidẽ seruitio. s. dei quãtum ad animã. Redempti eodẽ cõmercio. s. precioso sanguine. Fruituri eodẽ stipendio. s. vita æterna. Et debet nos ad fugiendũ superbiã & sectãdã humilitatẽ inducere. Quia oĩs qui se humiliat exaltabitur. Moraliter quid ꝑ scribas, & quid ꝑ Pharisęos &c. Ad videndũ autẽ quid ꝑ hos intelligatur, oportet nos accipere noĩs significationẽ. Pharisęi nãq̄ diuisi interp̄tãtur a phares q̃d diuisio interp̄tatur. Et quãtũ ad hoc possunt peccata signifi-

G care q̃ habent diuidere & separare a deo. Esaiæ. lix. Iniquitates vestrę diuiserũt inter vos & deũ. specialiter tñ peccatũ superbiæ, quia ab illo oĩs perditio sumpsit initium, vt dicit Tob. iiij. Vñ ipsa est principiũ & origo separandi vos a deo. Eccli. x. Initium superbiæ hoĩs apostatare a deo vos fecit. Nota ꝙ in omni peccato includitur superbia &c. Sic igitur

per Pharisęos peccata in generali,sed superbiam in speciali accipe possum⁹. ¶ Sed tūc hic cadūt aliqua dubia.Primū quomodo peccata dicanť scribę.Secū dū quomō dicanť sedere sup cathedrā Moysi. Tertiū est quomō debemus facere scd̄m ꝙ dicūt nobis. Respōdit Esai.x.ꝙ oēs scribētes,iniustitias scripserūt vt imprimerēt in iudicio pauperes. Itē sunt codices & literę & scripta ꝯtra hominē in extremo iudicio.De hoc figura.iij.Reg.xxj.de literis falsis Iezabel quibus Naboth est priuatus vinea atq; vita. Iezabel fluxus varius interp̄tať,& significat mundi vel carnis cōcupiscētiā.Achab fratris pater,de quo dicıť i Euāgelio Ioā.viij.Vos ex patre diabolo estis &c.Et bene hic Achab hāc sibi despōsauit vxorē,vt ꝑditionis filios gn̄aret.Vinea,aīa est Naboth exclusio,peccatorē signat q est exclusus a gratia:& finaliter excludēdus a gloria. Literę falsę sunt iscriptiōes peccatoꝝ siue supbię:q̄ ꝓmittūt gaudiū,& inducūt finaliter planctū & luctū.Quęsiuimus bona,& ecce tribulatio.Hę finaliter cōtra peccatorē ꝓducenť, & ducētur in testimoniū extra portā.Hic q̄dē ducitur extra portā ciuitatis, dū.s.culpā extra cōmittit & lapidať obscœnis opibus.Ibi aūt duceť extra portā corporis,& ibi lapidabiť & priuabiť vinea,dum.s. fiet ex aīa eius pomariū diaboli.quia sicut hic seminauit hęrbas pessimas q̄bus vescitur:sic ibi seminabit vltionē siue pœnas q̄bus nutrietur, quātum ad exercitiū odij.Sic igiť peccata vocari possunt Pharisęi,nō solum ratione qua diuidūt,verū etiā ratione qua cōdemnāt.Item etiā quia ascribunt hominē familię dæmonis.Vn̄ in Apoca.xix.vocātur charactet bestię. ¶ Quātū ad secūdū.s.quomō dicanť sedere sup cathedrā,satis patet. Cathedrā autē Moysi, mēs humana potest signare:in qua debet sedere lex

diuina:quę est lex Moysi assumpti ab ęgyptijs:quia
H lex dñi immaculata couertens aïas,separat nos ab
aquis ægyptijs.i.mundi voluptatibus & peccatis.
Aia iusti sedes est sapientię & diuinę legis.Vel aliter
possum⁹ dicere ꝙ sedēt super cathedrā Moysi.dū.s.
per peccatū diuinā legē perimunt & suppeditāt &c.
Esa.xiiij.Sedebo in monte testamēti.i.in altitudine
K pfectionis diuinę legis. ¶ Quantū ad tertiū.s.quali
ter debeamus facere quęcūq; dixerint nobis: est ad=
uertendū quod dicit Gloss.Oïa.s.q̄ sunt vtilia ad sa
lutem:oïa nāq; talia facere debemus:non tñ secun=
dū illorū opera est faciendū. Vnde sciendū ꝙ omne
vitiū virtutē sibi oppositā cōmendat.Verbi gratia
ira patientiā, dū sic miserabiliter cor & corp⁹ affli
git:gula temperātiā,dū.s.homo repletus nimis ad
abstinētiā cogitur. Licet igit̃ opera vitiorū sint ma
la,virtutes tñ sibi oppositas cōmendant. & hoc pa
tet quia quodlibet vitiū vult se cooperire pallio vir
tutis oppositę:sicut patet de sup̄bia: vt ait Bernar.
sup Missus est.Gloriosa res inquit est hūilitas: qua
ipsa quoq; superbia palliare se appetit ne vilescat.
Sic igitur quęcūq; dixerint vobis facite: sed nō ope
ra illorū &c.Damnat peccatū seipsum:& tñ nō ces=
sat animā infestare:& ideo bene sequitur. Imponūt
eñ onera grauia &c.O quantū grauia q̄ faciunt ho
minē cadere in profundum.Psal.Sicut onus graue
grauatę sunt sup me.Et prouerb.xxj Inuestigator
malorū opprimetur ab eis.Iob.xxvj. Nocte oppri
met eū tēpestas.Bene igitur dicit ꝙ imponūt onera
L grauia. & tāgūtur hic quinq; quę solet facere pecca=
tū sup̄bię in aïa:sed vado & trāseo ad remediū quæ
est humilitas: quā Saluator ostēdit dum dicit.Qui
se humiliat exaltabitur. Sola enim humilitas est q̄
perimit inimicū & gloriam tribuit. De hoc figura

in illa Iudith humili quæ dicebat.Eccli.ix.Humiliū & mansuetorum tibi placuit deprecatio.Narra Iudith cōditiones quæ ponuntur Iudith cap.viij.&c. M
Iudith confitens & humilians, humilem animā pfigurat:quæ sui considerat miseriam & deo gloriam tribuit de beneficijs collatis.Psal.Nō nobis dñe nō nobis,sed nomini tuo da gloriā. Hęc relinquit vidua,dum.s.facit diuortium cum mundo,cui interdum anima desponsatur per culpā.Tres anni sunt propositum bene operādi.s.principium siue incœptio:perfectio & perseuerantia.Sex menses,sunt vitę perfectio in senario designata.Et aduertēdum ꝙ bene dicitur ꝙ habebat multas diuitias,quas vir eius reliqrat. Qdiu mulier est sub viri potestate, nō habet diuitias nec dominiū, sed eo mortuo ipsi relinquuntur dotes &c.Sic anima quæ nubit mundano desiderio, qdiu viuit,non habet diuitias, sed desiderio perempto tūc habet diuitias gratiarum & virtutum.Hæc constituit sibi cubiculū quietū.s. quietem contemplationis & meditationis in superiori parte domus:dum.s.se toto corde subtrahit a terrenis,& ad superiora se conuertit.Ieiunat omni tempore vitę suę: dum.s.cauet a gustu cuiuslibet inordinatę voluptatis:sed cum domino se delectat & epulatur.Et ideo bene dicit ꝙ nō ieiunabat in sabbatis & neomenijs.i.ꝙ non ieiunabat a bonis operibus & a laude dei.Portat cilicium.i.iugem mortis memoriam.Habet multam familiam.s.multa opera meritoria.Hæc in humilitate procedit contra inimicum contra populum domini: & cū proprio mucrone q ad caput lecti pēdet perimit.dū.s. gladium tentationis in caput hostis retorquet : & sic amputato capite.i.subiectionis præciso principio populus dei, scilicet anima & eius operatio

liberatur:& ciuitas conſcientię Bethulia.i.domus parturiens dn̄m ſaluaẗ. Vel aliter. Iudith quę confitẽs interpretatur, hominẽ ſignat qui ſtatū aſſumit pœnitẽtis. Talis nanq; dn̄o cõfitetur cõfeſſione laudis. Pſal. Confitemini dn̄o quoniā bonus. Item confitetur culpā tranſactā. Ioſue. vij. Confitere & indica quid feceris. Hęc aliquādo proſterniẗ per peccatum. Hiere. ij. Leua oculos tuos in directum:& vide vbi nūc proſtrata ſis. Sed quādo ꝯmiſſa deteſtatur:tūc proprie ſurgere diciẗ. & ideo ſurrexit Iudith de loco in quo iacebat. Ioſue. vij. Surge quid iaces pron⁹ in terra? Vocauitq; abrā ſuam.i.famulantẽ rationẽ ſiue diſcretionẽ quę volūtati tanq̄ dn̄ę in regno animę famulatur. Nam ipſam prius volūtas repulerat peccādo:quia malitia excęcat volūtatẽ. De hac vocatione Iudith, dicit Iudith abrę ſuæ vt abſtaret foris ante oſtium cubiculi:& obſeruaret.i.tẽtationibus pręcaueret ne volūtas impetū pateretur: quin libere perimeret inimicū. Deſcenditq; in domū ſuā. q̄diu eſt in ſtatu peccati tādiu extra domum ꝓprię cõſcientię cõmoratur. Prouerb. vij. Non eſt vir in domo ſua, abijt via lõginqua. Sed cū ſeipſam humiliter recognoſcit, in domū ſuaꝫ deſcẽdit. Luc. xviij. Deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuā. Abſtulit a ſe animę ciliciū quę ſe cõuerterat ad inſtar cilicij.i. ad opera quę ſunt mortua:& ſepulturę indiciū:animę ſcꝫ mortuę ꝑ culpā & in fouea vitiorū ſepultę. De cilicio lamentatur Hieremias. Threno. ij. Virgines Hieruſalẽ cilicijs accinctę ſunt. virgines inquā:quia ſine fructu meriti cuiuſcūq;. Et exuit ſe veſtimẽto viduitatis ſuę.i. diuina offenſione quæ ſpõſo repulſo cū dijs alienis fecerat aīam fornicari. Gen. xxxv. Abijcite deos alienos qui in medio veſtrum ſunt,& mūdamini ac mūdate veſtimẽta ſua. Poteſt tn̄ per

vestimēta vitiosa cōuersatio designari: in qua tanq̄ in vestimēto cognoscitur anima esse cęlesti spōso vi duata. Vnxitq̄ se myrrho optio.i.mortificāte pœ nitētia qua aīa ꝑseruaẽ a corruptiōe peccati. Exod. iij. Sume tibi aromata primæ myrrhæ electę. Pri ma myrrha diciẽ illa quę sponte ꝓgreditur: sic pœ nitētia debet esse spōtanea, quia plus valet, & electa vt homo nō expectet ꝑcussionẽ diuinā. Discrimina uit crines capitis sui.i.mētis cogitationes cōposuit in q̄bus spōsus plurimū delectaẽ. Canti.iiij. Vulne rasti cor meū soror mea vno crine colli tui. Istorū autē criniū abrasione etiam perfectus exponiẽ ludi brio inimici, sicut de Sampsone Iudicū.vj. figuratū fuit. Deinde imposuit mitrā capiti suo.i.restituta pristinę sanitati vel libertati liberata est a seruitute peccati. Baruch.v. Imponet mitrā capiti suo. Dein de īduit se vestimētis iocūditatis suę: induitq̄ sanda lia pedib⁹ suis, assumpsitq̄ dextraliola & lilia, & in aures: & anulos: & oīb⁹ ornamētis suis ornauit se: & ꝑfecta ē.s.ad pugnā. Vbi nota in vestimētis exē plarē ꝯuersationē. Iob.iiij. Esto gl'iosus & ꝑciosis in duere vestib⁹. In sandalijs circūspectionē & cautelā ī ꝑseruādo se, vt nulla macula pedes.i.affect⁹ inficiaẽ Matth.vj. Pręcepit Iesus discipulis suis ne quid tol lerēt in via: sed calceati sandalijs irent. In dextralio lis virilitatē operis. Nume.xxxj. Offerimus in do narijs periscelides.i.ornamēta crurū & pedum, si gnātia gressus promptitudinē obsequēdi. Sic eñ il li amici Iob, dederunt ipsi inaurē vnam auream.i. obedientiā & promptitudinē obsequēdi, & famula tū exhibuerunt. Iob.xlij. Per lilia munditia carnis & cordis. Eccl'i.xxxix. Florete flores quasi liliū. Per anulum intimitas amicitię & colligatio cū sponso suo a quo recesserat per peccatum. Et sic profecta

est, scilicet de virtute in virtutē: & inimico caput. s. suggestionis principium proprio mucrone amputauit. Sic enim humilitas superat inimicū. Exemplū de hoc legitur in vitis patrū. ꝙ quidā nobilis in partibus Aegypti habebat filiam dæmoniacam: igitur quidam monachus dixit: solitarij. i. eremitę curabunt eā. & ideo obserua ad vidēdū quę opatur. qd faciens homo duxit quēdā de eis ad domū suam qui cū introisset statim puella percussit eum in maxillam & ipse alteram obtulit. cuius humilitatem dæmon non ferens clamare cœpit. O violentia humilitatis ab hoc loco exire me compellis. & statim puellam sanam dimisit. Humilitatis habēdę exemplum in proprietate pauonis, q habens caudā pulcherrimam erigit ipsam super caput ad modū circuli, & tunc in eius aspectu pulcherrimo delectatur & gloriatur. sed aspiciens pedes & tibias & illorum turpitudinem verecundans, statim caudam deponit. Nota cauda sunt tēporalia: illa est abiecta a iustis. i. viris sanctis. Primum quærite regnum dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Illa etiam a tergo est posita: hæc etiam a tergo poni debent ne impediant diuinū aspectum. Hęc auem sequitur: sic temporalia debent non præcedere. Interdum tamen vt cauda eriguntur supra caput. i. supra mentem diuitis disponūtur dum in eis mens gloriam & delectationem suscipiēs, principij aut finis minime recordatur. Sed vide remedium respice fundamētum & q̄ viliter sustētaris. Quid superbis cinis & vermis? & tūc videbis ꝙ omnis caro fœnū & omnis gloria eius tanq̄ flos fœni. Exsiccatū est fœnū & flos eius decidit. ¶ Sequendo secūdā expositionē Iudith fuit vxor Manassę: qui dū instaret sup alligantes manipulos tēpore messis hordeaceę, venit æstus sup eius

caput & mortuus est. Manasses obliuiosus interpre tatur: & significat illũ qui obliuiscit gratię sibi factę in cõfessione. Instat sup alligãtes. i. cumulãtes opera pœnitẽtię, puta sensus & intellectus, qui debẽt spiri tui famulari: & bene sup alligantes manipulos mes sis hordeaceę ĩ qua pœnitẽtia designatur: sed venit æstus tentationis & percutit mentẽ & perimit spi ritũ: & sic Iudith anima, quę prius erat cõfitẽs, quẽ in confessione spiritũ amiserat recuperat vidua &c.

Feria Quarta Hebdomadę Secũdę.

Ecce ascendimus Hierosolymam &c. Matth. xx. Gr̃a diuina sine q̃ nihil fructuosũ dicere, facere, audire, aut cogitare possum⁹, multiplicẽ effectũ ĩn nobis habet inuestigare. Singu lariter tñ triplicẽ quo ad p̃sens: qui in verbis ꝓposi tis ostendũtur cũ dicit. Ecce ascendimus. Habet em̃ mentẽ erigere: & ideo p̃mittit. Ecce ascẽdim⁹. Licet aïa sit spũs ad sublimia cõparata scãdere nihilomi nus põt: quia p̃grauata corpore inferius detinetur ne ascẽdere queat. Corpus quod corrũpitur aggra uat animã, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantẽ, vt dicit Sap. ix. At vero gratia ip sam facit ascendere. Vñ dicebat Saluator. Ioan. iiij. Aqua quã ego dabo fiet in eo fons aquę saliętis in vi tã ęternã &c. Nã nulla opa nostra sufficere possunt nedũ ad obtinendã gloriã: verũ etiã nec ad placãdũ deũ de cõtinuis offensis. At gr̃a diuina facit nos do tẽ glię ꝓmereri. Et ideo dicit Hieronym⁹ ꝙ ipa du cit nos ad trãquillitatẽ vitę. Vñ ad Ro. vj. Stipẽdia pc̃ti mors. Gr̃a aũt dei vita ęt̃na. Ostẽdit etiã nobis vt Christi seq̃mur vestigia: ideo ipe dicit. Qui vult ve. p. me &c. vñ Pe. I cano. sua dicit. Christ⁹ pass⁹ ẽ p nobis, vobis relinquẽs exẽplũ. Vide psecutionẽ alibi.

¶Feria eadem. Aliud Thema.

A Tertia die resurget &c. Matth. xx. Diui na gratia tria facit in anima. Habet enim mortẽ perimere: ideo resurget: Lucẽ infun dere. Die. Mentẽ perficere. Tertia. Ternarius enim est numerus perfectus: & qui ad ternariũ venerit significat mẽtis pfectionẽ. Vñ. ij. Reg. xxiij. Per op positũ dicit ꝙ ad tres primos non peruenerat &c. Tertia die resurget &c. Secũdum ꝙ ait Gregorius lib. x. Moral. cap. xxij. Tãto spes in deo solidior sur git, quãto pro illo quisꝗ grauiora pertulerit. Quia nequaꝗ̃ retributionis gaudiũ de æternitate colligit qđ nõ hic prius pia tribulatione seminatur. Et be ne cõcordat huic dicto illud Psal. cxxv. Euntes ibãt & flebãt mittẽtes semina sua. Veniẽtes autẽ veniẽt cũ exultatione portãtes manipulos suos. Qui semi nat in lachrymis, in exultatione metet. Concordat insup dictũ in Euangelio hodierno: vbi ostendit ꝙ ascendẽs in Hierusalẽ primo oportet eum multipli citer cruciari &c. Et cõtinet pfatũ euãgelium tria. Quantũ ad primũ ponit Descriptio siue narratio sęuę persecutionis: Ecce ascendimus. Repulsio stultę postulationis. Et accessit ad eum. Repressio ortę p turbationis. Audientes autem indignati sunt. Vel possumus videre quattuor. videlicet

Casum futurum reserari acerbę perpessionis.
Gradum iniustum postulari altę portionis.
Votum expressum increpari trãsmissę petitionis.
Motũ internũ refrenari subortæ perturbationis.

B ¶Aliter fiat introitus. Teste Salomone tres libros deus nobis proponit. s. librũ conscientię in corde: librum scripturę in aure: librum naturæ in facie. Vñ dicit Prouer. xxij. Ecce descripsi eã tripliciter.

Oportet igitur interdum ad vnū: interdū ad aliud recurrere. Igitur ad librū pronūc recurrentes naturę, videmꝰ sic esse puisum, cursum ꝙ naturę hoc exigere ꝙ ois fructus quantūcūqȝ suauis & dulcis nō nisi p acerbitatē & amaritudinē ad maturitatē perducitur. Exēplū de vua: quę prius est acerba valde & acris: de ficu quę prius valde amara: sic de sorbis, esculis &c. Sic in veritate fructus vitæ æternæ non nobis maturescit nisi ꝑuijs amaritudinibus & acerbitatibus multis. Et quid mirū? Quia etiam Saluatori non aliter maturatus est. Psal. In mari vię tuę. i. in amaritudinibus, & vestigia tua non cognoscētur. Volens igitur Saluator vt fructus glorię ad maturitatem nobis debitam perducantur, per viam passionis multiplicis ad hoc nos suo exēplo perducit in euangelio hodierno. Assumpsit &c. Hoc est contra illos qui qñ vadunt ad crucē pœnitētię dicūt hoc nō secrete, sed publice. tales sunt hypocritę. Et ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymā. Chrysostomꝰ. Quasi dicat, nemo me ꝯpellit. Et filiꝰ hoīs tradet: coopante filij obediētia: diaboli malitia: Iudę auaritia: Iudęoꝝ inuidia: & Paganoꝝ sęuitia. Principibus & scribis, & condēnabūt eū morte. Sapiē. ij. Morte turpissima cōdemnemus eū. Et tradent eū gētibus. s. Pilato & ministris eius ad illudēdum &c. & tertia die resurget. &c. ¶ Sequit repulsio stultę postulationis & allocutionis. Narra historiā de matre missa a filijs &c. Nescitis qd petatis. Vere nesciebāt: quia aut intelligebāt de regno huius mūdi; & tūc nesciebāt quid peterēt: quia regnū Christi nō erat de hoc mūdo. Aut de regno qd erit in iudicio, quia ꝓdicit se vēturū vt regē. Tūc dicet rex &c. Et tūc nihil petūt: quia in sinistra erunt damnati. Aut de regno patrię, & tūc multipliciter nesciebant. C

quid peterēt. Primo,quia illud regnum non datur propter parētelam,sed propter pcedētia opera. Nō enim datur brauiū nisi post cursum. Non enim datur corona,nisi post victoriā. Non preciū,nisi post laborē. Vnusquisq; enim propriā mercedē accipiet &c. Secūdo,quia ibi nō erit sinistra:quia nec aduersitas,nec etiā gaudium diminutū. Vnde inquit: Vt gaudiū vestrū plenū sit. Ioan.xv. Tertio,quia veritas quę venit in mundū, & quę mortē debebat sustinere vt filios Israel.i.electos cōgregaret in vnū:nō debebat cōgregatos diuidere & a charitatis vinculo segregare. Quarto,si volebāt intelligere p dexteram diuinitatē:& per sinistrā humanitatē Christi: adhuc nesciebant quid peterent:quia beatitudo essentialis nō erit in fructo humanitate. Et quia beatitudo nō datur nisi post pmium:ideo dicit eis. Po

D testis bibere &c. Calicē vocat passionē suā: quæ fuit calix plenus amaritudine,& ideo Saluator postulabat a patre q si possibile esset ab eo transiret. Moraliter videndū est qui sunt isti discipuli:quis iste filius hominis qui sit tradēdus,quę insuper mater filiorum Zebedęi atq; quid petant. Discipuli dicūtur illi qui

E studēt in scholis. Habet autē Christus scholas duas quo ad psens. In primis est studiū charitatis quo diuina implētur pcepta. Ioan.xiij. In hoc cognoscent oēs q discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Per hanc charitatē docentur impleri pcepta:immo ipsa charitas ex obseruatione pceptorum nutritur. Ioan.xv. Si pręcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea:sicut & ego præcepta obseruo eius qui misit me &c. Vnde in hoc clarificatus est pater meus:vt efficiamini mei discipuli, Hę sunt primę scholę. Vnde studentes in ipsis bene vocantur duodecim discipuli:quia geminā cha-

ritatem fouent, explicant, & nutriunt decem prece
ptorum obseruātiā: & qui in his scholis nō studet
proculdubio nullo modo est Christi discipulus. In
secūdis docet humilitas & mansuetudo. Matth.xi.
Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et
quia in corde est locus humilitatis (sicut eñ cor est
radix vite: sic in eo radix virtutum debet radicari)
docetur ibi humilitas interius. s. quantū ad ppriā
reputationem, & mititas. i. mansuetudo exterius,
vt. s. sit lenis ad tractandum, ne. s. pungat cum tan
gitur. Et hic est ordo inter primos discipulos & se
cundos: quia post q̄ studuerint in primis scholis, in
troeant ad secūdas. Duodecim igitur discipulis in
primis scholis studentibus vult studium secūdū. s.
humilitatis ostendere vt de primis transeant ad se
cundas, & ideo ostendit misericordiā patiētię susti
nendę, dicens. Ecce ascendimus Hierosolymā. i. haec
est via per quā ascēdimus: quia p pceptoꝝ obseruā
tiā pueni tur ad patriā. Sed magna asperitas est in
via: quia filius hominis tradet. Per hunc filiū ho- F
minis debes moraliter accipere vel ipm peccatū,
vel corpus ppriū, vel hominē impressum scdm cō
uersationē mūdanā. De primis duob⁹ in Sermone
de Quinquagesima dictū fuit quomō filius hois de
bebat tradi p pœnitētiā: nūc dicamus quō oportet
ipm tradi p molestiā & afflictionē quā cōtra pœni
tētē excitat inimicus. De tertio nota ꝙ nullatenus
pōt filius hois ascēdere Hierusalē vt fiat filius dei,
nisi prius tradat &c. Et qa ad hāc aspitatē qua ho
mo molestijs insurgentibus traditur, est necessaria
humilitas cordis & māsuetudo exterius, vniuersa
liter aūt post inceptā pœnitētiā diabolus psecutio
nes excitat corporales: de hoc habem⁹ exēplū in fi
gura. Iosue. ix. &. x. vbi dicitur ꝙ cum Gabaonitae

audissent quomodo Iosue subuerterat Hiericho & Hay, timētes & callide cogitātes tulerūt cibaria sac cos veteres asinis imponētes & vtres vinarios scis sos atq; cōsutos: calceamentaq; perantiqua quæ ad indiciū vetustatis pitacijs cōsuta erāt: vestimentis quoq; perantiquis induti, & portātes panes durissimos & minutatos in frusta, venerūt ad Iosue & cōposuerūt cū eo dicētes se de lōginquo venisse: & tūc cōfœderati cū ipo recesserūt: quos statim quinq; reges Amorreorū bello impetere cœperūt, ciuitates ipsorū acriter expugnātes: sed psidio Iosue liberati

G sunt. ¶ Sed spiritualiter Gabaonitę pcliues iniquitati significāt peccatores: qui nō solum sunt cū propheta in iniquitate cōcepti, sed ad eā nimium inclinati. Isti timore vltionis diuinę pterriti audientes q Iosue qui dicit alio nomine Iesus, ad terrā pmissionis pducēs, subuertebat Hiericho. i. mūdane viuētes: quomodo tradidit eos igni ppetuo cruciandos: & Hay: quę vita valliū. i. peccatorū interpretatur, ad ipm veniūt in hac forma tria callide cogitātes: vt sic irā diuini iudicij euadere possint. Ponūt nāq; cibaria in saccis veteribus. i. vt ait Gregorius diuinā doctrinā in cordibus inueteratis peccatis: & hos asinis superponūt, dū. s. doctrinā diuinā opere adimplere nitūtur: quia sciunt nihil habere in corde sine opere deo placere. Vtres vinarios. i. cogitationes carnales & terrenas secundū Greg. in quibus vinū mūdanę lętitię rationē inebriās ponit, q bene scissi dicūtur: quia cogitationes huiusmodi mentē dispergunt: sed tunc cōsuunt quādo se cōuertūt ad deū: vt ibi vinū internę lętitię. s. cōscientię reponat. calceamēta etiā antiqua recipiunt. i. mortificationē cogitationū carnalium siue tēporalium. Vestimēta antiqua. i. exēpla sanctorū patrū qbus suā induant

nuditatē.i.cōuersationem:panes durissimos.i.asperā & duram pœnitētiam,qua interior homo nutritur.Psal.Fuerūt mihi lachrymę meę panes &c.qui panes bene dicūtur minutati:quādo.s.tot sunt punitiones quot sunt culpę,vel tot expressiones in cōfessione quot circūstantię in peccato. & isti bene debent se fateri delonge venisse,quia longe a peccatoribus salus.Iesus idem est quod salus.Sed quid? isti (vt dixi)iniqui reges Amorreorū qui amari interpretātur,sunt diaboli, qui ad amaritudinē primo culpę, dehinc pœnę hominē nitūtur inducere: & cōtra hos Gabaonitas cōuersos insurgūt: vt quos tētatione superare nequeunt, saltē tribulatione frangāt.Sed quid debet tūc facere homo? Recurrere certe ad subsidiū veri Iosue.i.Iesu,qui vere nullū in tribulationibus derelinquit.Psal.Cum ipso sum in tribulatione,eripiā eū &c.¶ Sed posset cadere quæstio quare de⁹ iustis tribulationē immittat.Respondeo hoc facit multiplici ratione. Primo quidē vt purgentur. Luc.xxij. Simon ecce Satanas expetiuit vt cribraret sicut triticū.Exemplū de mari quod tēpestate purgatur.Secūdo ne mundanis hęreant.Psal. Adhęsit in terra vēter meus &c. Figura de coruo q emissus de arca.i. conscientia pascitur immundis. Exemplū de muliere quæ misticat holera ne fundo hęreant ac per hoc perdāt suauitatem odoris ,dulcedinē soporis,& venustatē coloris.Tertio ad fugiēdum tentationes supbię aut carnis. Exemplū de vēto aquilonari qui constringit poros terrę ne nubes tentationū suboriant:clarificat aerem cōscientię:desiccat humorē inordinati desiderij &c.De hoc figura Deutero.vij.quare deus voluit cito delere gētes & inimicos terrę promissionis,ne scilicet leones id est dęmones per tentationes insurgerent & terram H

conſcientię facerent deſertam. Quarto, vt homo ve locius currat. Nil nocet emiſſo ſubdere calcar equo. Pſal. Multiplicatę ſunt infirmitates eorum, poſtea acce. &c. Quinto, ad terrorem peccatorum, vt cogitet quid deus finaliter faciet inimicis, qui amicos flagellat. j. Pe. iiij. Si iuſtus vix ſaluabitur, peccator vbi apparebit? Sexto, ne tribulationes putemus euenire propter peccata, ſicut putauerunt amici Iob. Septimo, vt augmentetur gratia. Hieronymus. Ignis flatu premitur vt creſcat. Pſal. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. Sic igitur oportet filiũ hominis tradi &c. & eſt tribulatio neceſſaria ad ingreſſum Hieruſalem, & nõ eſt ad mortem, quia tertia die reſurget. ¶ Mater filiorum Zebedęi ſenſualitas eſt, vel mẽs humana. Iacobus corpus quod nititur animã ſemper ſupplãtare. Supplantauit enĩ eã altera vice. Primo primogenita auferẽs, vitã. ſ. quã cõtinuari poterat: & nũc ſecũdo benedictionẽ nititur, gratiæ ſubripere. Ioannes ſpiritus, in quo eſt gratia. Petunt igitur multi vt ſedeant. i. vt quieſcãt, vnus ad dexteram boni ſpiritualis, alius ad ſiniſtrã boni temporalis, & mũdanę proſperitatis: ſed in veritate tales non aduertunt quod dominus dicit: Poteſtis bibere calicem quẽ ego &c. Non aduertunt etiam quod qui ducunt in bonis dies ſuos, ad inferna deſcenderunt. de quibus figura parua. j. Reg. ij. de Heli & filijs eius dictũ: In vno die morientur ambo. Heli aſcendens. ſ. inordinate & ſine meritis. Sic volebat hæc mulier filios ſuos aſcendere. Phinees os mutum, & os ſilens, ſpiritu. ſ. nimis cõſentiendo operibus corporis, & contra tentationes minime reluctando. ij. Re. xix. Vſquequo ſiletis? Pſal. Ego autem tanquam ſurdus nõ audiebam &c. Et ſequitur. Nec habens in ore ſuo redargutiões. Ophni tabernaculũ, ſignat corpus. Iob. viij.

Tabernaculum impiorũ non subsistet. Contra hos pugnãt Phylistini, arcam dei capiunt.i.cõscientiæ. moriuntur ambo filij, scʒ spiritus per culpã, & corpus per vitę subtractionem: & sic Heli fracta ceruice.i.prostrata superbia, & ad inferos detracta de sella proprię libertatis, ĩ qua videlicet senex sedebat, cadit in obstinationẽ: vt mortuus nõ possit amplius pœnitere. Grego.xj.lib.Moral.cap.xvij. exponẽs illud Iob.xiij. Et redigentur in lutũ ceruices. Per ceruicẽ solet superbia designari. Ceruix itaq; in lutum redigitur cũ superbus quisq; humiliatur in morte: & elata caro tabescit in putredine. Et lib.xij.ca.xxij. exponẽs illud Iob.xv. Cucurrit aduersus eũ erecto collo, & pingui ceruice armatus est. sic dicit. Pinguis ceruix est opulenta sũpbia, affluentibus videlicet rebus quasi multis carnibus fulta. Potens igitur iniquus pingui ceruice cõtra deum armatur: quia rebus temporalibus tumẽs cõtra pręcepta veritatis quasi de magnitudine carnis erigitur. Ergo fractis ceruicibus superbus retro ad modum Heli cadit retrorsum, quia a deo reprobatus &c.

Feria Quinta Hebdomadę Secũdę. A

PAter Abrahã miserere mei. Lucę.xvi. Tria nobis dant fiduciam ad spiritus sancti gratiam impetrãdã.s.affectus visceralis quo diligimus, quia pater. Aspectus generalis, quo protegimur. Abraham. Defectus naturalis quo prosternimur, Miserere mei. Affectus visceralis quo sumus adoptati. Pater. Aspectus gñalis quo sumus collecti in vnã familiã: Abrahã. Defectus naturalis quo sumus infecti, miserere mei. ¶ Hõ qdã erat diues &c. Quãtę efficacię sit mĩa bene ostẽdit Hieronymus in quadã epistola sic dicẽs. Nõ memini me legisse desolatũ

qui libenter opera pietatis exercuerit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est pcibus multorū nō exaudiri. Reuera multos pro se qui misericordiā exercent, habēt intercessores: quia viscera miserorū q̄ recreātur misericordia eorꝝ, repēdūt ipsamet munera q̄ impēderūt. Talis em̄ cū ad iudiciū trahitur, statim ab ipsa misericordia adiuuatur, q̄ cōstanter allegat pro ipso &c. Sicut em̄ misericors vix potest male finire: sic crudelis & durus vix poterit misericordiā inuenire, immo fiet iudiciū sine misericordia ei qui nō fecerit misericordiā. Et licet de hoc in sacra scriptura exempla q̄plurima habeamus, tn̄ singulariter exēplū proponit in Euāgelio hodierno, in quo quattuor innuuntur, videlicet Crudelitas feralis denegantis subsidiū: Homo qdā. Diuersitas finalis tolerātis supplitiū. Mortuus est. Temeritas brutalis postulantis remedium. Pater Abraham miserere. Improbitas totalis replicātis eloquium. Rogo ergo te.

B ¶Quantū ad primū ponit multa quę crudelitatem & obstinationē adgrauant, videlicet excessum quem habet respectu sui: & defectum quem habet respectu proximi & dei. Primo em̄ excedebat siue erat deordinatus respectu sui in multis, cū dicitur Quidā: & nomen eius nō nominat, quia diuites a deo nō agnoscūtur: Pauperē autē nouit ex nomine. Primo deordinatus in superbia & vana gloria, quia induebatur purpura, quę est indumētum regale. Secūdo in carnis mollitie, quia induebatur inferius bysso, qđ est genus pāni lini albissimi & delicatissimi, qđ linū nascitur in Aegypto. Tertio in gula: quā ostēdebat ratiōe quātitatis, quia epulabatur & replebatur. Cōtinuationis: quia quotidie sine

intermissione. Curiositatis, qa splendide & delicate. Et ideo dicitur, Induebatur. ab illo.s.qui beneficia p̄stat,& tñ nõ recognoscebat: licet posset dici ꝙ induebatur a peccato. O quot induũtur hodie purpura, panno.s.intincto sudore & sanguine pauperis: quia induũtur rapina, furto, vsura, illicito lucro: sed in veritate omnis violenta prędatio erit cũ tumultu scilicet pœnę: & vestimentũ mixtũ sanguine erit cũ sanguine in cõbustionẽ & cibus ignis. Induũtur etiã bysso.i.mundana crudelitate & gloria, quę nascitur in Aegypto, vt ait Beda. Ezechi.xxvij. Byssus varia id est de culpa multiplici maculata. de Aegypto.i. de mundana gloria, texta est tibi in velũ, vt.s.nauis tua vento vanę glorię nauiget p mare hui⁹ mũdi; vt ponerẽ in malo.i.in intẽtione tua distorta. Hic igitur diues sic induebatur. Secũdo respectu proximi, de quo vide inferius. Sed qd? Erat ibi mẽdicus &c. Erat (inquit) quia nõ est, cum sit de paupertate translatus ad gloriã,& ad dei conspectum. sic econuerso diues ad inopiam. Et nota ꝙ hic decem ponũtur grauantia culpam diuitis.
Primo abundantia, Quia ipse erat diues.
Secundo superfluitas in vestibus & cibis.
Tertio, quia pauper non nisi vnus erat cui poterat faciliter subuenire.
Quarto, quia in extrema pauptate, ideo mẽdicus.
Quinto, quia viribus destitutus, nec longius ire poterat.
Sexto, quia calamitosus, ideo vlceribus plenus.
Septimo, quia illum habebat diues in præsentia.
Octauo, quia non cupiebat magna, sed parua.
Nono, quia micę quæ cadebant de mensa &c.
Decimo, quia canes obsequium pręstabant, cui homo subtrahebat.

D ¶ Sequitur modo stipendiũ vtriusq;. vez calamitas
quę obuenit ipsi diuiti. Chrysostomus. Audiuimus
quid in terra vtriq; passi sunt: audiam⁹ qd vtriq;
apud inferos patiantur: Hæc calamitas fuit: quia
ipse amisit bona naturę. s. corpus: mortuus est. Per
didit bona fortunę, diuitias, Diues. Acqsiuerat pœ
nam æternã, sepultus est in inferno. Ductus est ad
dęmoniũ: & illuc eũ traxerunt. Ecõtrario Lazarus
mẽdicus dimittit Primo paupertatẽ, quia mendi=
cus. Secũdo calamitatẽ, quia moritẽ, vt viuat. Ter=
tio portatur ab angelis: non ab vno, vt ait Chryso
stomus: sed a multis ratione maioris solennitatis.
portatur in locum tranquillitatis qui fuerat in lo=
co pœnę: & in locum abundantię qui fuerat in loco
E miserię. ¶ Sequitur tertium. s. execrata temeritas il
li⁹ qui postulabat gratiã mortuus quã viuẽs nega=
uerat. Extremũ digiti. non minus poterat petere q̃
guttam aquę ad refrigerandum linguã quã in men
sa per loquacitatem laxauerat. Greg. Laxauerat su=
perbia: redditur diuiti, vice lyrę sonantis, gemitus:
vice potus, desiderium stillę: vice spectaculorũ enor
miũ caligo profunda: vice ambitus, incessanter pu
gil vermis &c. Recordare fili. Duplicẽ assignat cau=
sam Abrahã ne ratione vindictę vel odij videatur
ipsi rem petitam denegare. Primo dicit hoc esse im
possibile cũ contradicat diuinę iustitię: nã hæc aqua
non datur nisi pro meritis, tu autem quod merui=
sti in vita tua recepisti. Dicit vita tua, quia nõ fuit
dei: nec illi⁹ deus particeps fuit. Secundo quia erat
chaos interpositũ: vt vnus ad alterum nõ posset ac
cedere: nõ ad subueniendum solũ, sed nec ad cõpatiẽ
dũ: & ecõuerso, nec damnatus potest ascẽdere ad bea
tũ ad gaudendũ. Hic nota q̃ nũc eleuat oculos ad il
lum ad quẽ eos ante noluit inclinare; iterum nunc

audet inuocare Lazarum quem egentem audire no luerat: sed notentur Abraham, lingua, affectus, digitus, misericordia. Comparatur scd'm Augustinũ aqua diuinę gratię & glorię, q̃ minimę operationi debetur, quia illa satisfaceret ad refrigerandũ dãnatũ. nã minima gutta aquę gratię saluũ facit. Nota de vino quo inebriabatur diues, quomodo mordet q̃d dulce sumebat &c. ¶ Sequit. iiij. s. replicata improbitas. ait, Rogo te. Hic attingit argumentũ ꝙ pœna crescat damnatis. Sed quid? Crescit ne gloria beatis post egressum de corpore? credo ꝙ nõ: & ratio est qa deus q pronus est ad misericordiã tantũ simul cõfert de gloria quãtũ p successum temporis quis meret sic. Prędicator multos erudiẽs est causa salutis ipsoꝝ: ipsis igit saluatis crescit prędicatoris gloria: sic puaricatori suppliciũ de illis q suo verbo aut suo ope sunt damnati: sed gloriã simul totã cõfert deus: nõ sic pœnã: quia nõ vult esse tã pronus ad iudiciũ sicut ad misericordiã. Sũt tñ q pmiũ accidẽtale augeri dicãt. Habẽt Moysen & prophetas: nõ Ciceronẽ & Quintilianũ, aut Senecã & Aristotelẽ. ¶ Causa quare mortui nõ apparẽt viuis est ista. vel ppter multas illusiones q̃ ibi fierent: Dæmon eñi assumeret formã defunctoꝝ, & sic falsis documẽtis duceret in errorem. Vel quia ex ꝯsuefactione apparitiones vilescerent, & tũc hominũ correctio nõ sequeret, quia tũc cederet eis ad maius peccatũ. Vel quia nũc fiunt suffragia p defunctis, q̃ forte si apparerẽt, cessarent, puta si essent in statu ꝙ eis talia nõ pdessent. Vel quia eis etiã homines credere nollent. Vnde Hieronym⁹. Qui nolint credere pdicẽti Christum resurgere, eius resurrectionem credere noluerunt. ¶ Moraliter per hunc diuitẽ possumus Christum intelligere: per Lazarũ peccatorẽ

adaptando quid dicatur de diuitijs & gloria eius p ordinē. Vnde Apostolus ad Roma.x. Ipse diues in oēs qui inuocāt illū. Prouer. viij. Mecū inquit sunt diuitię & gloria. Oēs thesauri patris repositi sunt apud eum, secundū Apostolum. Psal. Gloria & diuitię in domo eius. Induitur aūt purpura & bysso, & hoc quātum ad humanā naturā propter innocētiā eius & puritatē: & nitore incōparabili. Si ei⁹ passionem cōsidero, ipse proculdubio indutus purpura vestimēto intincto. s. sanguine piscis qui i aquis huius mūdi. i. in afflictionibus totus natauit. Quare Esa. lxiij. Rubrū est indumentū tuum. Ezech. xxvij. Hyacinthus & purpura facta sunt operimentum tuū. Hyacinthus qui ē coloris cęlici, significat puritatem & mūditiā per quā cęlestibus conformamur. Vel referēdo ad diuinitatem prout est vestimētum regiū: byssum vero ad humanitatē. Epulari quotidie. Eccli. xxx. Splendidū cor boni in epulis. Esa. lv. Venite & emite absq; argēto, & absq; vlla cōmutatione vinū & lac. Quare appenditis argentū nō in panibus: & laborem vestrū non in saturitate? Audite audientes me & comedite bonū & delectabitur in crassitudine anima vestra. Sed mēsa ei⁹ est copia & affluentia bonorū spiritualium. Vnde ipse loquitur Luc. xxij. Ego dispono regnū vt edatis & bibatis super mēsam in regno meo. Vnde Prouer. viij. Sapiētia. i. Christus immolauit victimas, miscuit vinum & posuit mēsam suam. ¶ Mendicus significat peccatorē, qui in agro pœnitentię torpore & acidia laborat. Prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit in æstate & nō dabitur ei. De istis mēdicis mandatū fuerat. Deutero. xvj. Omnino medic⁹ & indigens nō erit inter vos. Hic iacet. s. in sanguine peccatorū. ij. Reg. xx. Amasa cōspersus sanguine;

& iacebat in via quę ducit ad perditionem. Amasa indignatio domini interpretatur. & Iudith. xiiij. Ecce Holophernes iacet in terra: & caput ei⁹ nō est in illo. Holophernes interpretaƒ infirmitas descensionis, & significat peccatorem, qui dū ab ipsa descēdit gratia, īfirmatur. Prostratus igitur iacet: & caput id est Christus non est in illo. Tunc iacet extra ędem quādo peccatū prodit ex cogitatione in opus: vlceribus plenus, id est peccatis: in cute turgentib⁹, id est in cōuersatiōe: vt sint publice manifesta. Psal. Putruerunt & corruptę sunt &c. & Esa. j. A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas. Hęc vlcera horrenda debent hominibus nauseam & horrorem incutere: canes autem id est contra deum latrantes lingunt ea. s. dum non corripiunt: sed laudant. Iacet extra scilicet conscientiam, micę cadūt de mensa. i. bona temporalia quæ cadere faciunt, primo in culpā: deinde in pœnā. ¶ Sed tunc hic cadūt dubia: si intelligam⁹ per diuitem Christū: per Lazarum peccatorem. Primo enim quomodo veritatem continet ꝙ diues sepelitur in inferno: Pauper vero ab angelis &c. Secundo quis est ille cruciatus quem patitur diues. Tertio quid est illud refrigeriū seu subsidium quod petit. Quarto quę est responsio quę ipsi datur. Ad primū dicetur ꝙ Christus resurgens a mortuis iā non moritur, in se videlicet: moritur tamen & infirmatur in cōscientia peccatoris. Vnde Apostolus ad Heb. vj. Concrucifigentes sibimetipsis filium dei, ostentui habentes. Sed quid infernus in quo diues iacet mortuus? Respōdeo ꝙ est abominabilis cōscientia peccatoris. Nam hic vocamus infernū locum tenebrosum, locum horroris, habitationem dęmonis, locum cōfusionis. Hæc oīa continet cōscientia peccatoris, locum discordiæ, lo=

K

cū continui tumultus: locū cōtinui prelij. Hæc oīa sunt in cōscientia peccatoris. Sinus Abrahæ: mundus iste: angeli mali portāt ipsm &c. ¶ Ad secūdū ꝙ sitit salutem nostrā. Sitiebat enī & inflāmabatur in cruce: qn̄ dicebat, Sitio. non enī cōq̄rebatur de pœnis corporalibus: sed solū de ista siti q̄ æstuanti pectore debat ardore. Vel aliter: crucias Christū ardore inordinati desiderij qd in tua mente portas. ij. Pe. ij. Animā iusti iniquis opibus cruciabāt. Illū inquam iustū de quo Centurio. Vere hic homo iustus erat. ¶ Ad tertiū, ꝙ petit Christus a patre vt minimū digitum. i. minimū discretionis opus faciat peccatori quo gratia valeat exhauriri vt refrigerium. i. gaudium præstet ipsi. Vel posset digitus humilitatē signare &c. ¶ Ad quartū, ꝙ responsio quæ datur ei cum dicitur, Fili recordare &c. quasi dicat pater Christo: impossibile est ꝙ Lazarus. s. peccator sit positus in sinu Abrahę: hoc est ꝙ in mundo sic mortuus per culpam possit venire ad te propter mala, vt sit superius scilicet propter iustitiam & propter chaos. Et rogat diues vt mittat in domū patris: Habeo &c. i. rogat peccatores vniri & reuocari per gratiam vt reuertātur in domū patris. de qua ipse dicebat Phariseis: Nolite facere domū patris mei domū negociationis. Habet quinq; fratres Christus: q sunt corpus eius, sensibilitas, modestia, pœnitentia, & castigatio. Vel qui in fide trinitatis seruant duo charitatis præcepta: vt sint duo in tribus, & tria in duobus. Ad hos igitur cōtestandos vult Christus Lazarum mitti vt & ipsi caueāt &c. Sed qd dicit pater? Habēt Moysen &c. ¶ Aliter pōt moraliter exponi.
L Diues iste peccator: q est ingratus, q est diues, & nō in gratia, sed in culpa. Micheę. vj. Diuites eius repleti sunt iniquitate. Hic iduit purpura. i. merito pas-

sionis Christi,qui fuit piscis natans in mari huius mūdi:cuius cruore hoc vestimētum est intinctū.In duebatur & bysso:quia virtute passionis Christi,& virtute baptismi iuuabatur,restituit peccatori in=nocētia.Omnes amici eius vestiti sunt duplicibus. Prouer.vlti.Hic splendide & cōtinue epulabatur in mēsa execrabili huius mūdi:inde diabolus hominē inebriare conatur.de qua mēsa Psal.Fiat mēsa eorū corā ipsis i laqueū &c. De hoc figura Dañ.j.de rege qui pcepit Aphanes:vt itroduceret de semine regio &c.Rex Babylonis,dęmon q est rex cōfusiōis.Apha nes,securitas gratię.i.pręsumptio de diuina mia.& hic est princeps eunuchorū.i.nolentiū opera mise=ricordię producere.Huic igit mādat rex: vt intro=ducat de semine regio.s.superbię & vanę glorię mū danę & tyrannorū:pueros qui in hoc mūdo pueri=liter viuunt,& nutriuntur de mēsa Regis,scȝ de vi uo mūdanę cōcupiscentię:& de cibis id est operibus prauis.vt eruditi lingua mūdana & sapientia stul=ta & reprobata hui⁹ seculi possint stare corā rege.i. se dęmonis obsequijs mācipare.¶ Pauper Christus est,quia filius hominis non habet vbi caput suum reclinet,mendicus est manu indicans & petens a te beneficium.tunc enim manu tibi indicat quando di bi dicit.Videte man⁹ meas & pedes meos.quia ego sum qui feci vobiscum misericordiam: & ideo sunt perforatę.Vlceribus plenus est.Esa.liij.Vidim⁹ eū & non erat aspectus &c.ita & nos reputauimus eū quasi leprosum & percussum a deo & humiliatum. Hunc igitur vides continue extra portam cordis tui iacentem:nec illum vis introducere.Apocalyp. tertio. Ego sto ad ostium & pulso. Cupit satiari & refici de micis,id est saltem de paruis operibus bo=nis sibi dari &c.

Feria Sexta Hebdomadę.II.

A


Abitur genti facienti fructũ eius. Matth.xxj. Gratia diuina quęq; facit hominem regnare,& vitijs dominari,& regnum dei vocari,quia
Impenditur gratiose:ideo,Dabitur.
Ostenditur operose:ideo Genti facienti.
Colligitur fructuose.ideo Fructum eius.
¶ Dabit gẽti &c.Scđm q̄ ait Ber. ĩ Sermone quẽ facit ĩ capite ieiunij,sicut si aqua fluminis stare cœperit cito putrescit,sic plane gratiarũ cessat discursus vbi nõ fuerit recursus . Ecclesiastes.j. A loco a quo exeũt flumina &c. Vere hoc modo nihil augeť ab ingrato,sed quicq̄d acceperit ei vertitur ĩ perniciẽ. Et licet de hoc q̄plurima exẽpla habeamus:singulariter tñ nobis proponitur exemplum in Euangelio hodierno in quo quattuor innuũtur:scilicet p̄mo.
Benignitas irrogationis. Homo quidam plan.vi.
Iniquitas retributionis. Alios occiderunt.
Seueritas condemnationis. Malos male perdet.
Congruitas adaptationis. Nunq̄ legistis &c.
¶ Quantum ad primũ tangit tria q̄ erant ipsius vineę,Seruiebãt autẽ vineę tria,videlicet seps,torcular,& turris ad conseruationẽ ipsius vineę. quia seps arcebat bestiarũ incursus:turris hominũ infestationẽ:torcular seruiebat ad colligendũ fructum.
B Hæc vinea allegorice fuit, populus Iudaicus. Seps eius angeloꝝ custodia, quibus a gentibus protecti fuerũt,sicut patet in pugnis,quas pro eis dñs fecit. Turris fuit sublimitas legis, scđm quã si vigilare volebant,poterãt hostiũ infestationem prospicere. Torcularia sunt prophetę,in quibus p̄missis varia

exprimebantur. s. varijs verbis legis spiritualis, & mysticus intellectus passionis Christi. Qđ autē addit, Peregre profectus est. hoc dicit quia deus postq̃ hanc vineā plātauit, eā reliquit arbitrio ꝓprio &c. ℂ Quantū ad secūdū ponitur fructus huius vineę. Expectauit eñi deus tēpus debitū, & tūc misit agricolas colligere vel accipere fructū. Misit autē nuncios q̃plurimos, & isti fuerūt male tractati, quia quidam fuerūt lapidati, sicut Stephanus. Vnde Moyses. Populus (inquit) iste Iudaicus durę ceruicis est &c. Quidā cęsi persecutionibus: quidam occisi sicut Esaias & Hieremias. Secūdo nūcios. s. xij. prophetas, sed & illis fecerūt similiter. Nouissime & tertio misit filiū suū Christum: quē eiecerunt extra vineā quia ad literā extra Hierusalem. Iterū extra vineā quia dicebāt ipsi, Dæmoniū habes, & Samaritanus es. i. transgressor legis, & occiderunt eū, volētes habere hęreditatē. Vnde dixerūt, Quid facimus: quia iste homo multa signa facit? Si dimittimus eū, oēs credent in eū: & tunc veniēt Romani & tollent locū nostrū. Ecce quomodo voluerūt habere hęreditatē. Et ideo hæc vinea fecit fructus amaros sicut dixerat Moyses. Deuteronomij. xxxij. Vua eorum vua fellis & botrus amarissimus. ℂ Quantū ad tertiū ponitur seueritas cōdemnationis, vbi Christus eos propria sentētia, & ꝓprio damnat sermone vt patet in litera. ℂ Quantū ad quartū explicat & aptat parabolam ad propositū suū, quia illi non intelligebant ꝙ Christus de eis loqueretur. Lapis iste Christus est. Supra ipsum cadit Christianus, quia habet Christū pro fundamēto: cadit autē hic lapis super illos qui fidē nō recipiunt. Nota in ædificio animæ nostræ ponūtur exēpla sanctoꝝ vt fortitudo quasi lapis solidus, vel quasi columna ad sustentandum.

Apoc.iij.Qui vicerit faciam columnam in templo dei.Patientia quasi lapis quadratus multis tunsionibus.j.Pet.ij.Et ipsi tanq̃ lapides viui superędificari idoneos spirituales. Hũilitas quasi ostiũ &c. & quasi trabes ad ligandum parietes. Vasa autem sunt peccatores &c.qui quasi vas inane. Hierem.lj. Comedit & deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis,reddidit me quasi vas inane.Nabuchodonosor sedens in angustia interpretatur. De impijs non potest fieri paxillus.i.sustentaculum alicuius spei: vt per ipsum etiam possimus peccatores
F superare.¶Moraliter vinea ista est homo vel anima. Esai.v.Vinea facta est dilecto meo.Et quia oĩs transformans se secundum aliquam similitudinem se transfert: videamus quęnam ratio sit similitudinis.In duobus autem consistit similitudo.s.in conditione status,& in ꝓductione siue ductione fruct⁹. In conditione inquam status,quia sicut vinea indiget cura multa si debeat fructũ facere,sic homo&c. Et sicut vinea super oĩa ligna statim efficitur syluestris si non colitur:sic homo. Et vide ꝙ nõ sic bestia cadit a sua natura sicut homo &c. Esa.v.Auferam sepẽ eius,& erit in direptionẽ: diruam maceriam eius & erit in conculcationem:& ponam eam desertam,non putabitur & non fodietur:& ascẽdẽt super eam vepres & spinę. Item vinea non fructifera nihil valet nisi ad comburendum. Ezech.xv.Fili hominis fient ligna vitis ad comburendum. Et ex omnibus lignis nemorum quæ sunt inter ligna syluarum nunq̃ tolletur de ea vt opus fiat aut fabricetur de ea paxillus:vt dependeat in ea quodcunq; vas.Ecce igni hoc lignũ datũ est in escã:vtrãq; ptẽ eius cõsumpsit ignis. Vere homo deo non fructificãs ad nihil aliud valet nisi vt fiat esca ignis.Nõ sic

lier sicut heri dicebatur, peccantem ex fragilitate & cordis mollitie signat. Gene.iij. Mulier.i.mollities quã dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno.i.infru=ctuosam delectationẽ a deo prohibitam:& comedi. Hęc autẽ in adulterio deprehenditur quãdo in ali=quo facinore quo mœchaẗ cũ diabolo inueniẗ : aut in aliquo defectu culpabili. Tu fornicata es cũ ama toribus multis. Hierẽ.iij. Sed quid iniqui scribę qui semper facta aliorum scribũt:& Pharisęi qui semp̱ procurãt diuortium inter hominem & proximũ: procurant mulierem huiusmodi lapidandam. La=pides isti sunt verba exprobrantia : quibus isti maligni taliter peccantes non desinunt infestare, vt ipsos ex toto interficiant in cordibus aliorum. Fi=gurãtur autem hęc verba per lapides:quia lapis di citur quasi lędens pedem, quia om̃is obiurgatio ali qualiter lędit affectum. Om̃is nãq̧ disciplina in p̃=senti nõ est gaudij sed mœroris: singulariter tamẽ dicuntur lapides huiusmodi exprobratores : quia etiã pedes.i.humiles offenduntur. Isti sunt lapides quos Semei mittebat contra Dauid.ij.Regũ.xvj. dic historiam. Dauid manu fortis & vultu deside=rabilis signat virum in quo est strenuitas operum & perfectionis, & formositas conuersationis. Con=tra hunc insurgit interdum Absalon, id est luctus patris, id est dęmon: pellit a regno & egredi com=pellit de ciuitate, qui volens saluari vadit ad deser=tum pœnitentię incedens cooperto capite.i.mentis confusione. Psal. Operuit confusio faciem meam & nudus pedibus, id est amota omni occasione & affe ctione peccati: ascendens cliuum oliuarum, id est re currẽs ad latitudinem diuinę misericordię, flens.s. pro culpa commissa. Sed quid tunc Semei.i.auditio mea, vir linguosus & procax in verbo maledicit.

ipsi dum detrahit: mittit contra eum increpatio=nis & improperationis lapides. Et bene dicitur quod hic ambulat per iugum collis.i.per altitudinem superbię & elationis. Isti tales non implent præce=ptum domini.Deutero.xxvij. Cum transieris Ior=danem in terram quam dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce lęuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius &c.Dic historiam. Terra ista est proximus tuus:q incidit in manus tuas quando te sciente peccauit. Debes igitur transire Iordanem.i.culpam abijcere quam incurrit riuus iudicij, ędificare altare in quo placetur deus ipsi peccatori. Hoc altare est instru=ctio siue reparatio cõsciẽtię. De lapidibus quos fer rũ non tetigit.i.increpatione sine liuore & sine cru ore confusionis.nam ferrum est frigidum liuidum & durissimũ, & per consequens vulneris inflictiuũ & sanguinis effusiuũ. Igitur de his lapidibus & cal ce.i.charitate linies: & scribes ibi legem & man=data dei.s.per informationem, & offeres hostias pa cificas deo. Et quia mẽte tranquilla sunt hęc omnia faciẽda, ne zelus incitet peccatorem. Sed detracto=res ædificant de lapidibus tactis ferro altare dia=bolo vt ibi sacrificent sanguinem, id est famam pec catoris &c. Dominus enim & lex Moysi, lex scilicet seruitutis, præcipit nobis huiusmodi lapidare. Sed qui debent? Attende qđ sequitur: Qui sine peccato est vestrum. O quot sunt qui portant faciem ere=ctam: quorum peccata si essent scripta in frontibus fa cerent eam deponere in terram. Et ideo cũ videris nudum.i. diffamatũ, operi eũ excusando: & carnem tuam ne despexeris: & frange esuriẽti panem tuũ.s. doctrinæ &c. Qđ si nõ feceris dominus, occulta tua scribet in terra.&c.

Dominica.IIII.in Quadragesima.



Vbiit igitur in montem Iesus,& ibi sedebat. Ioãnis.vj. Diuina gratia tria habet facere in nobis. Habet em̃ incitare affectum. Subijt. Subleuare intentionẽ. In mõtẽ. Quietare seditionẽ. Et ibi sedebat. ¶ Abijt Iesus trans mare Galilçæ &c. A
Sicut dicit Glossa Threnoꝝ.iiij. Nulli diffidẽdum est ne deficiant miserationes dei: fons misericordiæ non siccatur nisi tu prius fueris exsiccatus: immo vt auctor ait de spiritu & anima, tardius videtur ei veniã peccatori dare q̃ ipsi peccatori recipe. quasi plus cruciet ipsum ipsius miseri cõpassio q̃ ipsum miserũ cõpassio sua. Et vere aduertere possum⁹ ꝙ ad sua beneficia conferenda frequenter nõ expectat vt ab eo petantur, sed ea offert & tribuit indigẽti, sicut satis declarat euangeliũ hodiernũ: in quo Euãgelista quinqꝫ ponit, videlicet
Prçcurrẽtis dñi prouidã profectionẽ. Abijt Iesus.
Accurrentis populi feruidam deuotionẽ. Et sequebatur eum multitudo magna.
Miserẽtis dñi itimã ꝯpassionẽ. Cũ subleuasset oculos.
Affluentis ferculi sapidam refectionem. Facite eos discumbere.
Extollentis labij placidam confessionem. Dicebãt, Quia hic est vere propheta.
Vel sic. Accessum siue ꝑgressum deuotionis. Abijt.
Aspectum compassionis. Cum subleuasset oculos.
Effectũ subuẽtiõis. Dixit igiẗ Iesus. Facite eos disc.
Succensum confessionis. Illi igitur homines.
¶ Quantum ad primũ, dicit ꝙ abiit Iesus B

salus nostra trans mare Galileę quod est Tiberiadis:& tūc magna multitudo sequebat eū.& assignat causam. Subijt igitur &c. Erat autē proximus dies festus.s.pascha Iudęorū. vt.s.innuat hoc miraculū esse aliud ab illo de septem panib⁹:quia alio tpe factum. C ¶ Quantū ad secundū dicit ꝙ Iesus benignos oculos suos subleuauit quos antea forte ex honestate tenebat declinatos ī terrā: vel ad suos discipulos cū quibus vt ait Chrysostomus cōferebat. Vidēs igitur hoīm multitudinē copiosam, dixit ad Philippū. Vnde ememus panes &c. Hic patet misericordia si attendamus eius studiosam inuitationem: immo expectationē. Nam infantis more nos inuītat:specialiter tamē ex sua longanimitate & patientia. Ad Roma ij. Existimas o homo quī talia facis: quia tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius cōtēnis & patiētię & longanimitatis? Ignorat quoniā benignitas dei ad pœnitentiā te adducit? Secundū autē duritiā tuam & cor impœnitēs thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij dei. Nota ꝙ horrendū est incidere &c. Eius seriosam & viscerosam circūspectionē. semp eīn respicit &c. Psal. Oculi eius in pauperē respiciunt. Eius copiosam ministrationē:quia nunq̄ desistit sua beneficia ministrare. Nota ꝙ dat tēporalia & corporalia malis ne efficiātur peiores: vt sunt praui latrones vsurarij &c. Ei⁹ radiosam vel illuminosam illustrationē:quia ipse oriri facit solem suū super bonos & malos, & tñ Iob quærit, quare misero data ē lux? nā D ipsi peccatores rebelles fuerūt lumini diuinę inspirationis. Quare Philippo dictū est. Vnde ememus panes? Duplici de causa. Primo qa erat de illa prouincia, vt dicūt aliqui, & propterea magis pertinebat ad eū prouisio:quia naturale est ꝙ quilibet suū

conterraneũ diligat. Oppositum tamen faciunt alii qui:qui sunt de genere viperę:qui concepti de vtero matris.s.ciuitatis suę anteq̃ perducantur ad partum,& anteq̃ veniant ad gradum ad quem ex meritis possent accedere,inter se dimicant, nec partum expectant:sed volũt sibi honores cũ violentia vsurpare: & sic lacerant ventrem matris: deinde suam destruũt ciuitatem:& interdum accidit ꝙ non consequũtur illud quod aliter consequerentur si partũ debitum expectarent. Secundo,quia Philippus rudis erat,& ideo instruendus: qd̃ voluit dominus facere tentando eum,vt bene cognosceret ꝙ victualia ibi non erant, & sic consequens miraculum magis admiraretur &c.Prosequere literam . Nota dulcedinẽ suauitatis verbi , qua ista multitudo refecta, aliam neglexerat. Nec certe mirum, quia ad literã Nõ in solo pane viuit homo.Et q̃ dulcia faucibus meis.Psal. ¶ Quantũ ad tertium,fecit discumbere super fœnum,id est hęrbam,quia multa erat in loco.Erat enim tempus vernale, & ita omnia erant virentia propter calorem patriç:erat tẽpus amœnũ, societas gratifica, conuiua generosus, ministri ęstantes. Et cum comederunt & satiati sunt, collegerunt fragmenta.¶ Quantum ad quartum,miratę sunt turbæ, & confessę sunt Christum ꝙ esset vere propheta.¶ Moraliter vero ostẽdit gestum siue nutum compassiuum peccatoris afficientis. Verbum defectiuum hominis non confitentis.Actum curatiuum criminis inficientis . Fructum vbertiuum animæ famelici reficientis . ¶ Mons iste est ille ad quem desiderat ascendere Propheta. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.&c. Hic est ille mons in quo Christus transfigurauit se , coram discipulis suis.Et ideo Esaiæ vigesimotertio. Transite

maria, vlulate qui habitatis in insula. Ergo ascende ad montē istum pciosum & admirandū, quem Christus fecit. Campū victorię. Matth. iiij. Nam ibi victus est dęmon. & sic vitę perfectionem docet. Scholam sapientię. Matth. v. quia ibi docebat &c. & sic est eminentia vitę. Speculum charitatis: quia ibi transfiguratus. Matth. vij. Aulam refectionis fecit in scabellum quādo cęlum ascēdit. Scalam ascēsionis &c. Ad hunc ascendere nō possumus nisi Christus pcedat nos: quia sine me (ait) nihil potestis facere. Iterū nisi transeamus mare huius mundi tēpestuosum per superbiā, profunduz per auaritiam, fluidū per luxuriam, obscurū per inuidiā. Hoc mare Tiberiadis id est visionis: quia est apparentię & non existentię, cum sit totum sophisticum. Alio autem nomine Genezareth, id est generans auras: quia nunq̄ quiescit ab aura tentationū. Sic Christus id est gratia Christi nos pręcedit: vt ipsum in hunc mōtem sequamur: sed quia via est laboriosa, recreatione indigemus siue cibo, ideo subleuat oculos suos, & videns nos dicit. Vnde emere possumus panē? & hoc Philippo &c. Greg. Subleuare oculorum in nos est reducere nos in propriam cōsiderationem: vt. s. cogitemus quomodo alimēta habere possimus: quib⁹ epulemur in mōte pœnitentię cū Christo, quib⁹ in via ne deficiamus. Ad hoc respondit Philippus. Ducentorū denariorū nō sufficiunt &c. Denari⁹ est satisfactio pro trāsgressione peccati: quibus enutrit vita. Vt modicū quisq; accipiat. i. vt pro modico satisfaciat peccato & modica trāsgressiōe. Sed quid dicit Andreas i. cōfidētia? Est puer vnus hic &c. Puer
H
scz per pœnitentiā reuocatus, vnus. s. cū deo cōiunctus: quia ante fuerat diuisus. Quinq; panes sunt, castigatio & attritio sensuū. Sed qd hæc iter tātos?

Duo pisces, vn⁹ charitas: & hic piscaẗ & trahitur de aqua dulci. Alter de aqua marina,& hic est spes. Matth.v.Beati qui persecutionē patiuntur &c. Hi pisces sunt mūdi & expiati secundū legem: quia habēt squamas patiētię & pinnulas quib⁹ ad alta volant:quia semp̱ in deū.Psal. Ponā in mari manum eius.i.spem: in fluminibus dexterā eius.i.charitatem.Spes in pressuris, charitas in cōsolationibus. Canti.ij.Lęua eius sub capite meo,& dextera &c.Aliter quinqȝ panes sunt.

Dolor de omisso.	Pisces duo sunt
Pudor de cōmisso.	propositū melio
Horror iudicij.	ris vitę siue cor=
Timor supplicij.	rectionis:& spes
Ardor pœnitudinis.	obtinendi veniā.

Vel aliter piscis assus exēpla martyrū,piscis elixus exēpla cōfessorū.Discūbūt super fœnū. oīs caro fœnū.Esa.xl.Et Psal.Homo sicut fœnū. Sicut autem messis signat virū iustum.iuxta illud.Messis quidē multa &c.sic fœnū peccatoreȝ seu carnalem gloriā. I
& hoc triplici ratione. veȝ.Quia sicut fœnū nascitur sine cultura:quia non fructificat:quia est cibus bestiarū:sic peccata & mala voluptas nascunẗ sponte,& non fructificant nisi ad gehennā.Et ipse peccator fiet esca dęmonū.Et hęc gloria multiplicaẗ:quia erat festū Iudęorū.i.gaudiū peccatorū,cui⁹ dn̄s nos participes esse nō vult.Sedere igitur nos iubet sup̱ fœnū.i.carnē atterere & domare, nec tēporalia desideria sequi:quia ipsa militāt aduersus animā. Castigo corpus meū,ait Apostolus.j.Corinth.ix.Et tunc satiaberis refectione &c. Alia litera habet trecentorū denariorū &c.quia nec cordis contritio,nec oris cōfessio,nec operis satisfactio sufficit:nisi puer Ies⁹ cū quinqȝ panibus vulnerū suorum & duob⁹ pisci=

bus.f.humanitate quæ fuit in mari huius mundi, & diuinitate quę fuit in fluuio paradisi. Apoc.vlti. Ostendit mihi fluuiũ. Aduertendum insuper ꝙ du centorũ denariorũ panes sufficerent vbi plures ha beri non possent: quia sola contritione lauantur pe des Christi concitati & turbulenti contra peccatores, siue (vt ita dicam) prius dulcorantur & vngũtur. sicut bene patuit ĩ Magdalena: quę apportauit solam contritionẽ ꝑ hoc vnguẽtũ qđ vendi poterat trecẽtis denarijs argenteis, & sic venditũ fuit, quia remissa sunt ei peccata multa. Vñ non dicãt aliqui sicut dixit proditor. Vt qđ perditio hęc? Nõ enim perditio, sed optima venditio. Nec debemus iudicare illos quos videm⁹ mori, q̃ sic ꝑueniũtur ꝙ nihil aliud de eis patet q̃ signũ contritionis &c.

¶ Feria.II.Hebdo.IIII.



Vm fecisset quasi flagellum de funiculis, oẽs eiecit de tẽplo. Ioã.ij. Diuina gratia tria inter alia habet facere, vꝫ Transgressionẽ patratã corrigere: Cũ fecisset flag. Affectionem dispersam seu destructam astringere, De funiculis. Intentionẽ contractã abijcere. Oẽs eiecit de tẽplo.

A ¶ Prope erat pascha Iudęorum &c. Scđm ꝙ ait beat⁹ Augustin⁹ in lib. de verbis dñi. Sermõe. xxxvij. Magnę misericordię est nequitiã impunitã nõ relinq̃re: & magnę irę est nõ punire. Sicut igit̃ deus summæ misericordię nullaten⁹ nos pt̃ obliuisci: sic nec a correctiõe desistere põt. immo quãto plus offensus exti terit, tãto magis correctioni paternę ĩsistere conat̃, vt sicut pi⁹ pater filiũ reducat vagabũdũ. Hoc aũt licet nobis ĩ plurib⁹ clareat: singl'ariter tñ nobis manifestat̃ ĩ euãgelio hodierno: in quo. iiij. inueniũt̃, vꝫ

Castigãs correctiõis austeritas. Prope erat pascha. Indignantis turbationis improbitas. Responderũt igitur Iudei.
Informãtis luminosi benignitas. Soluite temp.
Claudicãtis adhesionis mobilitas. Quia multi &c.
¶ Moraliter, qui per boues intelligunt: Dediti mũdi delectationibus: & qui solum de consolationibus curant corporis, animã negligẽtes. & isti sunt per illos stultos mercatores figurati, de quib9 Luc.xiiij. Iuga boũ emi quinq; &c. Emũt boues ij: quos probat stultos esse mercatio: quia dant conscientiam & animã suam pro pcio. Prouer. vij. Mulier. i. sensualitas pciosam aiam viri rapit. Isti ad morẽ boũ semper arant terrã celum negligentes: quia ad morem talpe excecati in terrenis versantur: nec vnq̃ mentem suam erigunt ad superna: & certe puluis terre ne affectionis excecat eorum oculos &c. Isti semper paleas comedunt, de quibus fornax inferni est succẽdenda. Paleas inquã illas quas filij Israel in aegypto colligere cogebantur ad construendum lateres terrenos, id est opera immũda. Vnde cocti in fornace cordis igne inordinati desiderij fabricãt inde habitacula diuersa Pharaoni. i. demoni. insuper spreto iugo dei, iugo se subijciũt iimici: de quo Psal. Dirũpamus vincula eorũ, & proijciamus a nobis iugũ ipsorum. Immo si aliquando iugum domini imponatur ipsis vt portent legem domini: & arcã. s. poenitẽtie in qua lex cõtinetur &c. calcitrant: nec eam vsq; ad terminũ perducunt: sicut bene figuratũ fuit ij. Reg. vj. Faciunt ipam cadere siue abijciunt: vt iã nõ in domo domini deponatur: sed in domo Obedon qui interpretatur seruus sanguineus. Prouer. vij. Sequit eã. s. mundanã cõsolationẽ: quasi bos ductus ad victimãs & ignorat q ad vincula trahatur B

stultus. Isti sunt, illę boues macie confectæ quæ pascebantur in ripa fluminis Aegypti. Genesis. xlj. Huius.s. mūdi: quę dicūtur macilentę, quia nūq̄ satiātur oculi mundanorum, vt qui totā pulchritudinē suā deuorant. i. destruūt siqua opa pœnitentię fecerūt. Aliquādo destruūt pulchritudinē animæ. & septem sunt propter vniuersitatē. Dic historiā. Dñs eiecit flagello de templo. Flagello inquā facto de peccato, quia conuertit ipsorum peccatū in pœnā vt fiant graues etiā sibiipsis. De hoc figura. ij. Macha. ix. de Antiocho qui volebat de Hierusalē facere sepulcrū Iudæorum ipsam destruēdo, & Iudęos interficiendo, & dissipare templū: & ascendit currū suū, sed a deo percussus est: & cœperūt erumpere vermes e corpore, & doloribus interioribus cruciari: cadensq; de curru collisus est, & intātū angustiatus quod propter carnis fœtorē seipsum tolerare non poterat, & ob hoc diuinā sententiā in se recognoscens dicit. Iustum est subditū esse deo: & mortalē non paria deo sentire. Antiochus interpretatur pauper. s. meritis, silēs, qa nec habet verbū confessionis nec pconiū laudis: immo si quid habet, sibi attribuit, & nihil a deo recognoscit: & in hoc erigit se cōtra deum: conatur destruere Hierusalem suo malo exēplo: interdū etiam alios a suo bono pposito retrahēdo: & vult in deo cōfitentes ibi sepelire: per culpā destruere templum cōscientię proprię: ascendit currū affectionis quem impetuosus dęmon trahit: sed & cadit ex nimio impetu dum plura ambit q̄ consequi valeat, vel cadit interdū p desperationē: scaturiūt vermes conscientiæ stimulantis, interius fœtores fiunt graues sibi ipsi, & tūc deū recognoscere cogitur. sed interdū tarde: sicut de isto ad literam legitur & c.

C ¶ Oues in pposito significāt hypocritas. Vnde dñs. Attendite a

falsis prophetis qui veniũt ad vos in vestimentis ouiũ &c. Istę pascũt in deserto & in nemore spinoso peccati, vbi lupus habitat, & non in prato ecclesiæ vbi Christus habitat: vbi sunt flores exemplorum & virtutum. ¶ Moraliter, quantũ ad primã partẽ sic dicit beatus Gregorius.xxiij.Moral.cap.xviij. Qñ homo flagellatur, a deo debet cõsiderare flagellationis suę ordinẽ: & iustitiã percussionis inueniet. Tũc em̃ videbit ꝙ qui benigne eũ cũ nõ erat condidit, eũ profecto q erat nõ nisi iuste percussit. Nã sicut idẽ dicit.xx.cap.xxvij. manũ suã dñs ad consumptionẽ peccantiũ nõ emittit cũ feriẽdo a peccatis corripit, & corruẽtes saluat, sed potius ad salutẽ. Dupliciter tñ sicut idẽ dicit lib.xviij.cap.xij. Deus hominẽ flagellat. Primo quidẽ vt parcat. Apocal.iij. Ego quos diligo, corrigo & castigo. Secũdo.s. perdẽdo ne pcat quando.s. homo ex correctione nõ emendat. Hiere.xxx. Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Et ideo Propheta dicit. Quoniã in flagellis paratus sum &c. Boues apta lasciuia. Oues velata malitia. Colũbę seducta stultitia. Osee.vij. Factus est Effraim quasi colũba seducta nõ habens cor. Nota columba D
nidificat quolibet mense. Mensis dicitur a mene, qđ est defectus. Sic stulti nidificant & pullificant in defectu. & semp ibidẽ pullificant nisi vident sibi auferri merita sicut colũbę dũ vidẽt sibi auferri oua. &c.

Feria.III.Hebdo.IIII.


Ea doctrina non est mea. Ioan.vij. A
Per diuinã gratiã tria homo cõseqt, vez Acquisitionem cõmunissimę dignitatis. quia Mea.
Informationem syncerę veritatis. quia Doctrina.
Recognitionẽ diuinę maiestatis. qa nõ est Mea. &c.

Secūdū quod ait Berñ. in epistola ad Haymericum Cancellariū. Oportet autē beneficiū vt vere sit esse gratuitū. Danti itaq̧ rependi quicq̄ gratius ab accipiente nō potest q̄ si gratum habuerit quod gratis accepit. Spiritui nāq̧ graue contumeliam facit qui beneficia mentis grata mēte nō suscipit. Et hinc est ꝙ frequētius dn̄s ad recognitionē diuinorū beneficiorū nos hortat, quādoq̧ verbis, quādoq̧ exēplis: specialiter tn̄ in euāgelio hodierno. in quo quattuor tāgunt. vz. Humilitas gratę recognitiōis. Mea doctrina nō est mea. Rigiditas iustę increpatiōis. Nō ne Moyses dedit? Stoliditas cęcę allocutionis. Dixerūt igitur quidā ex Hierosolymis. Vrbanitas cautę persuasionis. Erat igitur dominus in templo.

B ¶Quantum ad primum tāgitur hic deuota visitatio, quia iam die festo mediāte ascēdit Iesus in templū, qd̄ vtiq̧ fecit imminēte sua passiōe multiplici ratione, vt dicūt doctores. vz. Ad assumēdā deuotionē. Sicut eñ Christus imminētibus solēnitatibus templū corporaliter ascendit, sic innuit ꝙ nos semꝑ debeamus per deuotionē ascēdere in deū: singulariter tn̄ in festis aliquib⁹ solū diuino cultui vacare debemus. Ad declinandā suspitionē: ne Iudęi iniqui in eius doctrina calūniā ponerēt, aut de ipsa sinistri aliquid suspicarent, si fieret in occulto. Vñ & dicebat. Ego palā locutus sum vobis. Ad exemplandā perfectionē: vt. s. nobis daret exemplum ꝙ imminenti aduersitate debemus ad deum recurrere: sicut faciunt robusti bellatores, qui capto burgo ad arcē confugiunt: sicut etiā facit natura, ꝙ timoris tēpore vel passionis subitę sanguis statim fugit ad cor quod est vitę principiū. Ad ostendendā voluntariā oblationē: quia tēpore passionis suę cōuersabat

maxime in Hierusalem, & i templo vt exhiberet se persecutoribus &c. ¶Ostēditur secūdo, accepta informatio, quia docebat. ibi nāq3 erat locus doctrine & frequētia populi. Perplexa ammiratio, quia inde mirabantur vnde inerat ipsi tanta sapientia & cognitio scripturarum, quas sciebant ipsum minime didicisse cum esset filius fabri, qui corporali labore sibi victum continuū acquirebat. Apta declaratio & manifestatio vnde illam doctrinam habebat. s. a deo patre, sicut dicit, Doctrina mea non est mea. q. scilicet a me docetur, & quę a me possidetur, non est mea origine, sed eius qui misit me: qđ verum est tā de doctrina diuinitatis q̄ humanitatis. Matth. xi. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Nam scđm humanitatem certum est & clarū. Secūdū etiā diuinitatē: quia sicut filius nō est originaliter a seipso, sed a patre a quo genitus est: sic & ei⁹ doctrina. Vñ nihil habet scđm Augustinū qđ nascendo non accepit. Q2 autem sua doctrina non sit sua, probat dupliciter. Primo sic. Illius iudicio circa vnāquāq3 rē est standum, qui de illa re habet certam experientiā (quia experientia facit artem. iij. Topicorum) sed ille qui diuinū beneplacitum implet, habet certam experientiam de diuinis (cum circa illa insistat) igitur & habebit de eis certum iudicium: & per cōsequens omnis cognoscere poterit vtrum doctrina mea sit ex me, an ex deo. Sed vos qui estis alienati a deo, hanc percipere non potestis. Primæ Corinthiorum secundo. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Secundo sic potest deduci ista ratio scđm Chrysostomum. Voluntas dei est pax, charitas, & humilitas: Opposita autē his. s. contentio, odiū, & superbia inducunt hostilitatē, & habētē animū pturbare ne veritatē possit cōphendere.

Igitur si quis ista deponere valuerit & facere volun tatē patris.s.pacem habere & charitatē,ille poterit cognoscere q͏̄ a meipso nō loquor sed ex deo.Secun do probat hoc idem sic.oīs qui loquit̄ a semetipso quęrit gloriā propriā,& per cōsequens eius doctri na nō est vera:nā ex propria doctrina insurgūt er rores & hęreses:quia qui nimis emungit elicit san guinē. Ecōtrario vero qui loquitur verū nō quęrit gloriā propriā:sed gloriā eius qui misit illū, & ego q̄ro gloriā patris mei nō meā:igit̄ doctrina mea ē

D quo ad hoc integra,& nō in ea iniustitia quo ad effe ctū,siue quo ad intentionē.¶ Nota.dupliciter quis loquit̄,secundū q͏̄ dupliciter ducit̄ in consuetudinē. Vno modo ab alio:& hoc tripliciter. Vel per inspi rationē:& sic est a deo eius doctrina. Quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoīes. Vel per doctrinā:sicut addiscit discipulus a magistro. Vel p̄ inuestigationē,quę fit quādo intellectus nō quidem a se:sed ex rerū ducitur natura in ipsarū cognitio nē. Quicūq͏̄ sic loquitur vera dicit, si ei⁹ doctrina vera est:quia veritas est cōformitas rei ad intelle lectū. Alio modo a se,& tūc vniuersaliter falsum di cit,& talis gloriam propriā quęrit & rapitur in er rorem. Hiere.xxiij. Visionē cordis sui loquunt̄ non de ore dn̄i. Ezech.xiij. Vęh prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suū,& nihil vident.

E ¶Quantum ad secundum ponitur rigidi tas iustę increpationis. Increpat autē eos de duob⁹ vez. Primo de legis trāsgressione, dicēs. Nōne Moy ses dedit vobis legē,& tn̄ legem nō seruatis? Proba tio. Ille legem nō seruat qui legis p̄ceptum nequiter transgredit̄:vos autem estis huiusmodi. Probatio minoris:quia lex pręcipit vt non occidas. Exod.xx.

quod de innocēti intelligi debet. Me autē vos quæri tis occidere hominē qui vera locutus sum vobis. Quid me quęritis interficere? & qua de causa? Itē ille legē nō seruat qui veritatē ac eius fructū perimere conatur: ego sum lex & legis fructus, quia ad me tota lex ordinatur: igitur &c. Secundo de cęca perturbatione. Moyses dedit vobis circūcisionē: nō quia esset ex lege, quia nō includit in pceptis: sed quia erat ex patribus. s. Abrahā: qui & ipsam accepit in signū salutis. sed hāc circūcisionem vos facitis in sabbato si occurrat: cū tñ per illam nō habeatur salus: sed solū signū salutis, igitur iniuste mihi indignamini q totū hominem in sabbato sanū feci. Ad literam de Paralitico Ioā. v. Vel de humano genere qd in sabbato Iudęorum sanauit. In sabbato inquā qñ erant otiosi: quia nihil meritoriū vel fructuosum operabatur. Sabbatū interpretatur requies. Ergo nolite iudicare secundū faciem. Chrysostomus. i. dignitatē personarū: sed ad rerum naturā feratur sententia. Deutero. j. Ita paruum vt magnū audietis: nec accipietis personam cuiusq̄, quia dei iudicium est. Vel nolite iudicare secundū faciem, id est secundum illa quæ primo apparent. Iob. xxix. Causam quam non noueram diligēter inuestigabam. Nota sicut amor dei non est vnq̄ sine luce cognitionis: est enim ignis inflāmans & illuminans: sic amor mundi nunq̄ sine cęcitate. Est enim ignis conformis igni infernali qui inflammat, sed est tenebrosus & sine claritate: & ideo qui amori diuino non adhærent non possunt iudicium discernere: sed iudicant solum secundum faciem quam assumunt, scilicet peccati. Psal. Facies peccatorum sumitis. Et quia non sufficit in iudicio declinare iniquitatem, sed oportet facere æquitatē, ideo subdit: Sed iustum iudiciū iudicate. Iustū nāq̄ F

iudicium est quod solo equitatis intuitu exercetur, a natura regulam trahens. Nota in quibus incumbit iudicium. Exo. xviij. Prouide de omni plebe (ut queratur cum diligenti examinatione) viros (in quibus sit mentis constantia, potentes, in opibus abundantes & potentes in opere & sermone) timentes deum (qui scilicet timore hominum minime peruertuntur. Eccl'i. vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates) in quibus sit veritas (tam notitiæ quam iustitiæ, ne scilicet amore vel odio corrumpant iustitiam vel scientiam) qui oderunt auaritiam (ne scilicet cupiditate lucri, vel spe præmij corrumpant veritatem). Et constitue ex eis qui iudicent populum omni tempore. Hoc dixit Ietro, qui honorabilis interpretatur. Si ego dominus vbi est honor meus? ipsi Moysi. Aliud autem dicit rex, id est diabolus. Daniel primo. ad Aphanem, qui humus interpretatur, introduc de semine regio. Introduc (sine deliberatione) de semine regio (superbie) & tyrannorum (arrogantiæ) pueros (non antiquos). Nota aliqui iudices sunt iusti sicut statera: que illic plus ponderat siue ad illam partem magis inclinatur, vbi plus ponitur.

G ¶ Quantum ad tertium, Dicebant igitur quidam ex Hierosolymis. Chrysostomus. Scilicet quod deberent ex multis susceptis beneficijs, esse meliores, erant alijs deteriores. Sed hunc scimus vnde sit, vtroque modo contradicunt sibi. primo, quia Ioan. ix. Nos scimus quia Moysi locutus est deus, Hunc autem nescimus vnde sit. Matthei. ij. dixerunt Herodi quod esset a Bethleem Iudæ.

H ¶ Quantum ad quartum, Clamabat igitur

Iesus in templo. Clamabat, quia erāt surdi: in templo docēs, quia erāt stulti & amētes. Ero similis vobis mendax. i. si dixero quia nescio eū, ero mēdax sicut vos estis mendaces, & dicētes eum cognoscere, & dicētes nō cognoscere: vt ostendi. & tunc similitudo quātum ad hoc ꝙ vtroqꝫ modo erit mendaciū non est similitudo. Nonne Moyses dedit vobis legem & nemo ex vobis facit legem? ¶ Nota. quadrupliecem legem tradidit hic Moyses vobis. i. percussor ægypti. Legem timoris & subiectionis erga deū. Deutero. vj. Dominum deum tuum timebis: & illi soli seruies, ac per nomen illius &c. Legem amoris & dilectionis erga proximū. Ioan. xv. Hęc mando vobis vt di. Legē rigoris & reprehēsionis erga carnē. Gen. j. Replete terrā. s. bonis seminibus, & subijcite eā &c. Legem horroris & deiectionis erga hostem. Deute. vij. Non inibis cū eis fœdus, nec sociabis cū eis cōiugia, neqꝫ misceberis eis. Sed in veritate Lex timoris cōuersa est in legē superbiæ. Lex amoris in legem diffidię & discordię. Lex rigoris in legē lasciuię. Lex horroris in legem concordiæ & strictę amicitiæ. Nemo igitur ex vobis facit legem: vt merito a ligando lex dicatur: quæ enim nos debet ligare ex eius impletione: ligat nos cum hoste ex eius transgressione. Malach. primo. Si igitur pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominꝰ ego sum, vbi est timor meus? Nonne etiam de vobis adhuc conqueritur Christus dicens, Quid me quæritis interficere? Immo verius. Quid me iam tam crudeliter interficitis. Peccator nanqꝫ quotiens peccat: totiens in se interficit Christum. Quod sic patet. Quotiens homo incurrit propria voluntate mortem, totiens in seipso vita perimitur: quotiens autem homo peccat, totiens etiam incurrit

mortem. Quacūq; enim hora pomū prohibitum comederis &c. Igitur totiēs perimit vitā. Vita autē nostra Christus est: ait Apostolus. Viuo ego, iā non ego: viuit in me Christus. ergo &c. Conq̄ritur ergo Christus. Quid me vultis interficere totiēs crucifigendo &c. Sed in veritate miser peccator potest respondere. Vere nos legem habemus, & scd̄m legē nostrā debes mori. Lex autē vt dictū est, dicit a ligando: miser autē peccator multis vinculis & multis ligaminibus ligatus dicere pōt, Nos legē &c. O infelix peccator qui diabolo tam miserabiliter vinculanti dū tibi parat laqueū sponte porrigis pedē: immo si te p̄ pedē ligauerit sponte ipsi offeres manus: sed opis guttur & collum ne confitearis. Bene igitur dicit legē &c. Adhuc Pilatus nititur Christū liberare, ac clamat, Quid enim mali fecit? Et tu tñ miser peccator clamas tā corde q̄ ope, moriat scd̄m legem. immo scd̄m leges iniquas. Nā lex lasciuię iudicat eū mori in carne quia in ipsa perit. Lex superbię in corde. Lex auaritię in mente. Iob. xxviij. Sapientia vero vbi inuenitur? & quis est locus intelligentię? Nescit homo preciū eius, nec inuenit in terra suauiter viuentiū. Abyssus dicit, nō est in me: & mare loquitur, non est mecū. Nota tres responsiones. s. maris. i. superbię: abyssi. i. auaritię: & in terra suauiter habitātiū. i. lasciuię. Istę sunt leges iniquae, quas peccatores in se cōcludunt vel scribunt. Esa. x. Leges iniquas scribentes iniustitiā scripserunt. Isti nāq; leges diuinas abolentes, leges scripserūt iniustitię & peccati, cū tñ scriptū sit. ij. Machab. iiij. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit. Propter hoc ipse Moyses talibus est transgressoribus cōminatus. Deutero. xxx. inuocando in testes cęlum & terrā cōtra illos qui fracta lege diuina le-

gibus peccatorum se subdiderunt, quod cito essent disperituri de terra. Quod bene figuratum fuit Exod.xxxij.de filijs Israel qui fecerunt sibi vitulum conflatilem & adorauerunt &c. Vide historiã. Moraliter, vitulus labor vel excidiũ mũdi: aurũ vnde conflabatur gloria mundana. Eze. vij. Aurum eorũ in sterquiliniũ erit. Vere quando discutietur in fornace iudicij, tũc videbitur quod non sit aurum, sed fex. Moyses est Christus: leuitę illi additi angeli diuinũ iudiciũ exsequentes: qui transibunt per medium castrorum.i.ad iudicium congregati percutient.xxiij.milia hominũ qui.s.transgressione præceptorum & geminę charitatis multiplicauerũt. Nota circa remediũ quod adhibuit Moyses, cõteratur & redigatur vitulus in puluerem.s.per reputationem, & spargatur in aquam pœnitentiæ: qua abluenda est anima: & fiat potus filijs Israel.&c. K

¶Feria.IIII.Hebdo.IIII.



Bii, & laui, & vidi. Ioan.ix. Gratiã diuina est vigoratiua gressuũ: Abij. Expulsiua sordiũ. Et laui. Illustratiua mẽtiũ & cordiũ. Et vidi. ¶Prçteriẽs Iesus vidit hominẽ cęcũ &c. Secũdũ quod dicit beatus Ambrosius lib. de ieiunio. Maior est vis vitij quam venení. & rationẽ assignat, quia venenũ alteri nocet & non animali venenoso. Sed vitiũ inficit & interficit peccatorẽ qui huiusmodi venenũ portat ĩ stomacho. Et licet hoc verũ generaliter cõtineat de omni peccato quod est venenũ inficiens omnẽ sensum, quia per oculos inficit quãtũ ad aspectũ: per os quãtũ ad affatũ &c. singulariter tamẽ habet veritatẽ de malitia, quam in tãtũ stimulat malignantẽ quod ipsum quiescere nullatenus permittit: sed semper ipsum stimulat ad alios ve- A

nenādum. Et de hoc licet exempla q̄plurima habea- mus: proponitur nobis tamen exemplum euidens in euāgelio hodierno. In quo quattuor innuunt. vз
Diuinę potestatis operatio. Pręteriens Iesus.
Mirandę stoliditatis cauillatio. Ita ꝙ.
Iniquę malignitatis blasphematio. Voca igitur.
Deuotę humilitatis veneratio. Audiuit autē Iesus.

B ¶Quantū ad primū sciendū ꝙ vt ait Chrysostomus: hic duo inerant Iudęis erga Christū: vз furor sequiendi & duritia credendi: per absentationē autem mitigat furorem ipsorum: & per miraculosam operationē mollit credendi duritiā. Cedēs igitur turbis Iudęorū, & pręteriens Iesus vidit hominem cęcū non a violento sed a natura & ex natiuitate: ad quē aspiciēdū dominus subsistit, quasi diligenter vellet eius infirmitatē contemplari: & attendentes discipuli Christum tam diligenter aspicere, dixerunt, Rabi quis peccauit? &c. Supponebāt eñ oēm infirmitatem esse pœnā peccati, pro eo ꝙ Ioan. v. dictum fuerat. Vade & amplius noli peccare ne tibi deterius aliquid cōtingat. Sed hæc suppositio erat vera referendo ad peccatum originale, non autē ad actuale: quia non semper infirmamur pro actuali peccato. Vnde patet ꝙ isti irrationabiliter interrogabant quis pec. &c. Dicunt tamen quidam ꝙ intendebant discipuli petere vtrum deus ipsi lumen denegasset propter peccata ipsius quæ facturus erat, an propter peccata parētum. Sed hoc nō valet, quia licet deus quo ad beneficia p̄ueniat operationē hoīs propter suā miam: nunq̄ tñ quo ad iustitiā p̄uenit ipsum: quia nunq̄ deꝰ infert punitionem nisi prius peccator cōmittat transgressionē. Est tamen aduertendū ꝙ bene interdū deus aliqua bñficia tā sp̄ualia

ꝗ corporalia ab homine subtrahit: quia videt hominē talibus nō bene vsurū. & forte quātū ad hoc potuit q̄stio discipulorum habere aliquā apparētiam. Sequitur responsio Christi, Nec hic nec &c. Expone vt Augustinus, cui concordat Chrysostomus: licet peccauerint parentes & ipse, non tm̄ vt cęcus nasceretur, sed vt manifestarent opera dei in illo. ¶ Hic potes introducere quintuplicē cām Greg.j. Homi. super illud Mar.ij. Dimittuntur tibi peccata: quare hoies varijs molestijs affliguntur. vcȝ Propter gloriæ augmentationem, vt in Iob, & in martyribus. Propter gratię conseruationē, vt in Paulo.ij. Corin.xij. Propter culpę punitionem, vt in Maria sorore Moysi. Numerorum.xij. Et i Paralytico Mar.ij. Propter futurę pœnę inchoationē, vt in Herode Actuū.xij. & in Antiocho.ij. Mach.ix. Propter diuinę glorię manifestationē: sicut de Lazaro, & hoc cęco patet. Qđ aūt dicit Hieronymus sup illđ Hiere.iiij. Vię tuę & cogitationes tuę fecerūt hæc tibi. vbi dicit. Quicqd accidit nobis mali, vitij nostri est nō dei. intelligendum de malo pœnę illatæ. Consimiliter intellige illud Greg. quod dicit sup illud Hiere. quinto. Percussisti eos & non doluerunt. Omnis diuina percussio, aut purgatio nobis est vitæ pręsentis, aut initiū vitæ sequentis. ¶ Sequitur. Me oportet operari &c. quasi dicat, opera eius qui misit me quę.s. sunt opa diuinę potentię appropriate: ex quibus operibus est gloria deo attribuenda: & hęc operari debeo q̄diu dies est.i. dum sum in mundo &c. Ioan. primo. Erat lux vera &c. Sequitur: Cum dixisset hæc, spuit in terram. Hic duo sunt considerāda, videlicet primo quid curauit: quia oculū: quod significat totius hominis curationem. Nam inter omnia animalia homo est nobilius. Iterum inter

C D

partes hominis, caput excellit: inter autẽ partes capitis oculus est nobilior. Unde Matth. vj. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Quãdo igit curat oculum, totius hominis signat curationẽ: dũ. s. principale in eo curatur. Secundo quã medicinã fecit: quia sputũ. Nota secundũ Augustinũ, per sputũ quod a capite fluit significatur sapientia increata quę a patre procedit. Eccli. xxiiij. Ego ex ore altissimi ꝓdij. Terra est humanitas: lutũ coniunctio diuinitatis Christi cũ sua carne. Istud lutũ imposuit deus oculis humani generis dum fidẽ suę diuinitatis & humanitatis eos docuit, & circa eã istruxit. Sed adhuc nõ suffecit ad visum reparandũ nisi iret ad natatoria Siloę. i. baptismi. & ideo bene dicit vade ad natatoria Siloę. Est autẽ notãdũ ꝙ ista aqua erat ex alia partẽ ciuitatis: & ideo voluit Christus illuc eũ mittere: vt tam corporalem defectũ q̃ spiritualem me-

E dicinã omnes possent aspicere. ¶ Quantũ ad nostrã instructionẽ datur nobis forma corrigendi proximũ, qui de sputo sapientię quod procedit a capite. i. mente, debemus facere lutum. i. mentionẽ & memoriã de peccato: & oculos linire. i. benigne facere proximũ se recognoscere: nõ pungere vel vulnerare, sed linire: & tũc ipsum mittere ad natatoria Siloę. i. ad

F aquam pœnitentię. ¶ Quãtum ad secundũ trãscurre literam: & dic causam dubitatiõis circa personã cęci: quia oculi magnã faciunt varietatẽ in facie. Lutũ fecit & vnxit oculos meos. Non viderat de aqua vel de saliua sicut ait Chrysostomus: & ideo nõ expressit: nec definit qđ adhuc nesciit: vtrũ. s. esset filius dei, diuina sapiẽtia: & æterna an purus homo: licet existimaret eũ prophetam. Vnxit vnguento misericordię suę per viscera illa quibus visitauit nos. Adducũt eum ad parentes, forte vt ipsorũ timore ne-

garet miraculum. Hic nota ceci constãtiam & perfe ctionẽ & Phariseorum malitiã. Nam blasphemant Christũ in duobus. Primũ est ꝙ non sit a deo. Secũ dũ est ꝙ ipse sit legis trãsgressor: quia sabbatum nõ custodit: & ideo alijs cõtrariũ sentiẽtib⁹ fit schisma inter eos. Interrogãt cecum quid de eo sentiat, mit tũt pro parẽtibus eius, quibus tres faciunt questio nes. Primã, vtrũ sit filius ipsorũ. Secundã, vtrũ na tus sit cecus. Tertiã, quomodo visum recuperauit. Duas primas soluunt, pro tertia remittũt eos ad filium, cui ex ętate responsio cõpetebat: quod vtiq; fecerũt propter timorẽ, sed nõ sic timuit ille cecus. Quid autem dicũt Pharisei? Hic est fili⁹ vester quẽ vos dicitis quia cecus natus est? ideo dicũt q̃si nõ sit verum, sed ita diuulgastis, vt Christo daretis hono rem. ¶ Quãtum ad tertium dicit ꝙ nihil valentes habere vel extorquere a parẽtibus, Pharisei adhuc ad sanatũ se cõuertunt dicentes: da gloriã deo & re cognosce hãc salutem a deo, & nõ ab hoc quẽ scimus esse peccatorẽ. Dixit cecus sanus effect⁹: si peccator est nescio. i. nõ determino: sed ipm ei⁹ factũ quod in me experior vos cõuincit: nam cum essem cecus, vi deo. Non de Christi sanctitate dubitauit: sed ex fa cto ipsos improbauit. Dixerũt igitur illi. Quid fe cit tibi &c. volentes inuenire calumniã in miraculo vel in modo, vt ait Chrysostomus. Respondit cum stomacho, dixi cõpluries vobis & amplius non re plicabo, Nunquid & vos discipuli eius vultis fieri? supple sicut ego effectus sum? Maledixerũt igitur ei ad literã: & dixerũt supaddẽdo maledictiõi: tu disci pulus illi⁹ sis, nos autẽ scim⁹ quia Moysi locut⁹ est deus: quia sic. s. audiuimus a patribus: sed hũc nesci mus vñ sit: quẽ tñ vt ait Chrysostomus videbãt mi rabilia operantẽ maiora q̃ Moyses fecisset. Dicebãt

G (margin, beside "rem. ¶ Quãtum ad tertium")

H (margin, beside "rabilia operantẽ")

igitur se scire quem dici audierant: & se scire nega-bant quem videbant. Hūc, inquiūt, nescimus vnde sit. cuius oppositum heri dixerunt. Christus cū venerit nemo scit vnde sit: hūc scim⁹ vnde sit. In hoc mirabile est ꝙ vos nescitis vnde sit: quem videtis facere tot & tanta: & supple illum quem non vidistis, dicatis vos scire. Sed iterum vos dicitis hunc esse peccatorem. ¶ Nos autem scimus quia peccato
I res deus non exaudit. Ex merito. s. ipsorum. sed si quis est dei cultor quo ad fidem & deuotionē & voluntatem eius, ad testimoniū veritatis deus hunc exaudit &c. Hic nota propter multas auctoritates quę discrepare videtur, ꝙ peccatores ad se cōuersos deus audit: in peccatis autē permanētes nō. A seculo nō est auditū ꝙ aperuerit quis oculos cęci nati: sed forte alterius qui ex infirmitate cęcus fuerit factus. Et ideo nisi esset hic a deo, nō posset quicq̄ &c. Dixerunt ei: in peccatis natus es, & tu doces nos? Quia cęcitatē eius attribuebant peccatis parētum. ¶ Nota hic ꝙ infirmitates siue deformitates adueniūt filijs, quādo causas copulę parētes non seruāt. Et eiecerunt eū foras. ¶ Quantū ad quartum, Cre
K dis in filium dei pro quo tādiu disputasti? &c. Quis est dñe vt credā in eū? Quē vidisti per fidem, & qui aperuit oculos tuos, & qui loquitur tecum, ipse est. ¶ Moraliter, licet per hunc cęcum omnis peccator
L possit intelligi pro eo ꝙ dicere potest: Lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum: possum tamen distinguere ꝙ est multiplex cæcitas quam homo a diuersis peccatis incurrit. Quidam enim excęcantur abundantia rerum temporalium: figurati per Tobiam. Vnde nota ꝙ hirūdines sanctos significant, quorum conuersatio nō est terrena, sed cęlestis. Psal. Volucres cęli & pisces maris qui &c.

Hirundo in aere pascitur.sic iustus. Unde. Os meū aperui & attraxi spiritum. Item volat per deside=rium supernorum,nidum facit de luto & in tali ni do pullificat, est opera vitæ facit: opera scilicet humilitatis,dum se tenet in terminis proprijs. Et bene nidificat:sed non in nemore huius mundi, vel in horto lasciuię,sed in domo conscientiæ,vel in te=cto charitatis. Stercora quę ab eis abijciuntur sunt diuitiæ:quæ tales a sanctis reputantur. ad Philip. iij. Omnia sunt vt stercora &c. Quę nisi sint calida non excęcant:quia nisi cum ardore diligantur non offendunt. Psal. Diuitiæ si affluant nolite cor appo nere:& tunc supple nō nocebunt. Nota ꝙ carbo nō excęcat visum nisi sit ignitꝰ. ¶ Et nota ꝙ multi pa=tiuntur istam cęcitatem & non quærūt medicū &c. Quidam excęcātur honoribus. Psal. Homo cum in honore esset nō intellexit, cōparatus est &c. Ad Ro ma.j. Cum deum cognouissent,non sicut deum glo rificauerunt,aut gratias egerunt, sed euanuerūt in cogitationibus suis:& obscuratū insipiens cor eo=rum. Isti sunt figurati per Heli.j.Reg.iij. Qui vide re non poterat lucernam domini &c. Quia tales ab honoribus excęcati diuinā sibi factam gratiam nō attendunt:donec extinguātur,qđ erit qn̄ fracta cer=uice de sede honoris cadent in die mortis. Non fuit de talibus Moyses:de quo dicitur Deutero. vltimo. ꝙ vsq; ad finem vitæ non caligauerunt oculi eius, cum tamen fuisset factus dux populi. Quidam ex=cęcantur longa consuetudine peccatorum. Compre henderunt me iniquitates meę, & non potui vt vi=derem. Isti sunt figurati per Isaac. Genesis vigesi=moseptimo. Qui senuerat valde, habebatq; annos multos: & ideo caligauerunt oculi eius: quia Esau maiori filio suo benedictione subtracta illam M

dedit filio minori.s.corpori: pro eo.s.ꝙ sibi cibaria prepararat, & intulerat fraudulenter. Hæc cibaria sunt carnales & corporales delitię. Ysaac igit̃ senex est, qui in peccato antiquatus. Psal. Inueteraui iter oẽs inimicos meos &c. Baruch. iij. Quid est Israel ꝙ in terra inimicoꝝ es.i. habitas. Inueterasti in terra aliena. Quidã excęcãtur ex proprio ortu & ex ꝓprio genere: & tales creantur cæci a natiuitate. O quot sunt cæci hac cęcitate ꝑcussi. Dixit em̃ optime iste sanctus cęcus. A seculo non est auditũ &c. Nõ a seculo, quia omnis homo si ad seculũ oculũ conuertat, erit cæcus a natiuitate. Explica quomodo aut circa suã patriam, aut circa cõsanguineos semꝑ est homo cęcus: quia semꝑ ipsi vident alios quãtũcũꝙ meliores excedere: & ideo volũt semꝑ alios subiugare. Sed remediũ contra tales, est ponere lutũ suꝑ oculos. Qđ vtiꝙ licet posset de Christo exponi: cui generatio narrari non potest: quẽ debes suꝑ oculos ponere &c. remediũ est tamẽ ponere de luto.i.considerare fœditatẽ cõmunẽ in ortu & exitu tuo. Iob xxxiij. Ecce me sicut & te fecit deus, & ex eodẽ luto ego quoꝙ formatus sum. Et vade ad natatoria Siloę, ad fluuiũ humilitatis, quę sunt aquæ currentes cũ silentio: & mũdaberis: ad humilitatem.s. Christi qui inquã Christus est Siloa.i. missus. nisi enim ille fuisset missus nullus fuisset ab iniquitate dimissus. Queritur dñs, & ob hoc cõminatus. Esa. viij. dicẽs. Pro eo ꝙ abiecit populus iste aquas Siloę (.i. Christi profundã humilitatẽ, vel supernã gloriã, vel diuinã scripturã) quę vadunt cũ silentio.i.q̃ transeũt humiliter, vel q̃ expectari non possunt. Quia oculus nõ vidit, nec auris audiuit &c. Similiter diuina scriptura humiliter transit. Sequitur Esai. viij. Et assumpsit magis Rasin, quę interp̃tatur pictura.i.

mundi gloriam, quę est sophistica. Habet em̄ apparentiā, & nō existētiā. Et filiū Romelię: qui dominatur in mundo: & Face, qđ interp̄tatur oris assumptio.i. strepitus humani tumultus, filius Romelię qui sublime tonitruū laborātiū interp̄taт, vel frangens laborantes: quia Eccl's.i. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Propter hoc: ecce adducet dn̄s sup̄ vos aquas fluminis.i. mūdanarū tribulationū: aquā.s. intolerabilem: & multas quo ad numerum: Regē Assyriorum & omnē gloriam eius &c. Item, vade ad natatoria.i. vade ad fontem Christū, & lauare aqua pœnitētiæ. Pœnitentia vadit cū silentio. Vel aqua gratię: vel aqua.i. appetitu glorię, quę explicari non potest: vel humilis doctrina Christi quā verbo docuit: exēplo multipliciter firmauit &c.

¶Feria.V.Hebdo.IIII.


Dolescens, tibi dico surge. Luc.vii. Gratia spirit' sancti est vetustatis innouatiua. Adolescēs. Tepiditatis incitatiua. Tibi dico. Stabilitatis subleuatiua. Surge.

¶Erat Iesus in ciuitate quę vocaт Naym &c. Scđm A q̄ ait Ricardus sup̄ Apocal.lib.j. Mira pietas, mira clemētia, quādo dn̄s post cōmissam culpā nō statim infert pœnā, sed confert medelā gratię, & reuocat ad integritatē iustitię, vt p̄ducat ad iocunditatē glorię. Reuera, nisi cadētes dn̄s releuaret, & eisdem occurreret p̄ pœnitētiā subleuādo culpā, pauci vel nulli essent qui ad gloriā peruenirēt. Confert igitur cadentibus medelam. quod bene insinuat euangeliū hodiernum: in quo quattuor ponuntur, scilicet Transgressionis excidium. Ibat Iesus.
Compassionis præcordium. Quam cum vidisset.

Reuocationis prodigium.Et accessit.
Venerationis prͤconium.Accepit autem.

B ¶Quantum ad primum narrat euãgelista ꝙ Christus ibat in ciuitatem q̃ vocatur Naym &c. & cu3 eo ibãt apostoli &c.Beda.Diuino nutu multa turba Christum sequebatur,vt testes fierent mira= culi.Et licet hoc dictũ specialiter intelligatur, ꝙ nũ q̃ Christus venit ad animã nisi cum eo veniãt disci puli eius.i.virtutes:puta humilitas, mansuetudo, castitas &c.& turba bonarũ operationũ: potest ta= men exponi quo ad clericos & religiosos. ve3 ꝙ quo tiens ipsum Christũ concomitãtur cũ sint eius spe= ciales discipuli, semꝑ turba sequitur copiosa. Et in veritate ideo turba nõ sequitur Christũ:quia Chri stiani oẽs eo relicto fugiunt,sicut accidit tẽpore pas sionis:peccatores autẽ Christum tradunt:discipuli eo relicto fugiunt,& per cõsequẽs simplices deficiũt imitari.Et vtinã nõ plus facerent clerici & religio= si q̃ fugere:sed timeo ꝙ multi suo malo exẽplo ipm illudendũ gentibus.i.vulgo tradunt.cõtra quos do minus.Vͤh homini illi per quẽ filius hominis tra detur &c.Ibat igitur Iesus:& cum appropinquaret portͤ ciuitatis, ecce defunctus &c. Ponit materiã desolationis multiplicem quͤ inerat matri. Primo quia defunctus filius eius erat. Matris nanq̄ visce ra pro eo quia ipsa dulcius diligit,citius super filiũ commouentur q̃ patris.tertij Regum tertio. Com mota sunt quippe viscera eius super filio suo. Ci= tius nanq̄ vulnus infligitur parti molliori & de= biliori. Mulier autem mollior est viro: & ideo eius cor citius quantum ad omnia vulneratur,si= ue timore, siue amore,siue dolore,siue rancore. Et ideo citius super filiũ eius viscera cõmouent.Dicũt

tamē aliqui ꝙ ex eadē causa cæteris paribus citius eius vulnus sanatur ꝙ̃ vulnus inflictū offi.i.patri Ego tñ credo oppositū:quia (vt dicit Galen⁹)oportet membrū qd̄ debet sanari cōsistere in quiete. Vñ & propter hoc vulnus pulmonis, quia est in continuo motu, est cōmuniter insanabile.Cor autē mulieris est in continuo motu, & in continua cōcussione propter eius instabilitatē & mobilitatē: & ideo vulnus doloris vel æmulationis eius difficillime sanatur.¶ Secūdo quia erat ipsi vnicus:& ideo maxime dilectus.ij.Reg.j.Sicut mater vnicum amat filium &c. & ꝑ cōsequens eius subtractio est magis amara. Hiere.vj. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarū. ¶ Tertio,quia ipsa erat viri solatio destituta.Erat em̄ vidua non sperās,vt ait Gregorius,in senectute filios procreare. Turba autē ciuitatis multa erat cū illa:quę venerat ad condolendū & consolandū,& diuina dispensatione hoc gestū est vt fierent testes miraculi. ¶ Quātū ad secūdū dicit ꝙ Christus hāc sic desolatā & flentē aspiciens,eiusq̧ desolationi cōpatiens misericordia motus est sup eā: & ideo ipsam benignis verbis consolatus est, dicens:Noli flere,statim reddā filiū tuū viuū.O quot sunt qui plorant corpus a quo anima recedit,& nō plorant animam a qua lux gratiæ & vitæ recedit? cum tamen dicat Sapiens Ecclesiastici. xxij. Supra mortuū plora: defecit em̄ lux eius: & supra fatuū plora,defecit em̄ sensu. O quot insup sunt qui horrescunt esse cum mortuo,qui mortuus fuerit in statu pœnitentiæ: de quo probabiliter deberent credere ꝙ sicut animam, sic & corpus bonus angelus præseruat a maligno spiritu: & tamen non horrent stare cum illo, videlicet publico peccatore de quo sunt certi ꝙ habeat secum dæmonem C

D ¶ Quãtum ad tertium dicit ꝙ accessit ad feretrum siue ad loculũ: & tetigit ipsum & statim ad ei⁹ sacratissimũ tactum portatores steterunt facti immobiles. Dicit autem Cyrillus ꝙ ideo Christus tãgere voluit, vt efficaciã suę carnis siue humanitatis ad humanã salutẽ ostenderet. Qđ autem ad eius tactũ steterunt portatores mirandum non est: nam vt dicũt mundani sapientes, est piscis qui dicitur formido marina ab effectu: cũ in rete includitur facit formidare & obstupescere man⁹ piscatoris. Igitur hic piscis qui natauit in aquis tribulationũ huius mũdi, debuit stuporem inducere ad tactuȝ loculi ipsis
E portatoribus. ¶ Qđ igitur ei⁹ humanitas habuerit virtutẽ patet, quia magis erat ipsi vnita diuinitas q̃ ferro ignito ipse ignis: qa ista fuit maxima vnio post vnionem quæ est in trinitate: sed ferrũ ex eius vnione cũ igne, habet operationẽ & efficaciã ignis: igitur &c. Vnde stãtibus portatoribus Christus dixit, Adolescens tibi dico surge. Et statim resedit qui erat mortuus: & cœpit loqui, credo diuinas laudes in recognitione beneficij sibi facti: & tunc Christus
F dedit illum matri suę. ¶ Quãtum ad quartum dicitur ꝙ oẽs circũstantes quidã timor reuerentię inuasit ex stupore miraculi: & cœperunt magnificare & glorificare deũ dicentes, quia propheta magn⁹ surrexit in nobis &c. Licet secundũ allegoricũ sensum, posset exponi ciuitatẽ Naym esse hunc mundũ, qui bene dicitur Naym. i. motus: quia nũq̃ in eo est stabilitas, & dicit similiter fluctuans, quia nunq̃ est in eo trãquillitas. Cuius duę sunt portę: vna per quã pars ingredit: altera per quam egreditur, & hęc est mors: cuius lex est ꝙ tãtũ inde homo extrahit quãtum adducit: quia nudus ingreditur &c. Per hunc adolescẽtulum intelligere possumus hominẽ qualis

bet huius mūdi,qui mortuus effertur, dū.s.omnes tendimus ad mortē. Cuius funeris portatores erāt quattuor.s.elementa &c.Loculus,transgressionis signū.quod lignū Christus tāgens dū.s.positus est in cruce,fecit stare:morti.s.imponēdo terminū,& adolescentulū resuscitauit:quia tunc absorpta est mors in victoriam. & hæc expositio est beati Ambrosij.
¶ Moraliter tñ aliter dicere possum sequēdo expositionē quā innuit Glos.Theophili.Per hanc ciuitatē scʒ Naym fluctuantē animū nostrū intelligere possumus:quia scʒ fluctuat & agitatur cōtinue in hoc mūdo.Hiere.j.Ecce dedi te in ciuitatē munitā.Huius ciuitatis portę sunt sensus, quibus est ingressus ad ipsam & regressus.Similiter Esa.liiii.Ponā portas tuas in lapides sculptos.Sed quid dicit Threñ. ij.Defixę sunt(inquit)in terra portę eius,& contriuit vectes eius.Threno.j.Omnes portę destructæ: quia nō est in eis cœnaculū.Vnde dicit ꝙ adolescens ferebatur ꝑ has partes.Per hūc adolescentē intelligimus liberū arbitrium,vel cor lasciuiens peccatoris.Hic est ille adolescēs.Luc.v.qui omnia sua consumpsit.Hic est illę adolescens Eutychus seu Eutyches.Actuū.xx.qui a somno oppressus cecidit de fenestra & mortuus est:tēpore.s.quo Paulus disputabat,& informabat,& quādo domus erat plena lampadibus. Eutyches amēs dicit vel insulsus.i.sine sapientię condimēto,qui habēs in domo cōscientiæ lāpades discriminis,audiens doctrinā diuinæ inspirationis, cū sopitur tētatione,cadit per culpam,& sic moritur.Hic efferebatur.s.per opus:& erat vnicus matri suę.i.ecclesię:vel matri suæ.i.conscientię,quę ipm genuerat in Christo. ¶ Sed aduerte.notādū,ꝙ mortuus non solum per vnam portam sed ꝑ multas educitur,dum.s.omnes sensus cōmittunt flagi-

tia, tunc per portas deduceris ad sepulcrum mortis. Naum. ij. Portæ fluuiorum apertę sunt, & templum ad solum dirutum est. Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur gementes vt columbę, murmurantes in cordibus suis. Portę fluuiorum, quia per omnes ingrediuntur voluptates ad instar fluuij. Ducitur igitur adolescēs hic ad tumulum, dum scilicet effertur a cogitatiōe in opus. Loculus est, vt dicit Glossa, corpus: qđ spiritū mortuum portat vel delectat. Mater plorans est peccati conscientia, quæ continue lamentatur. Flebat mater eius lachrymis irremediabilibus. dicitur Tob. x. Quia ipsa nimium stimulatur. Vidua est, a qua sponsus recessit. Threnorū. v. Matres nostræ quasi viduę. Portatores autem sunt quattuor passiones, quæ sic ordinantur: quia Ad pedem dextrum stat amor. Ad sinistrum stat odium. Ad humerum sinistrum stat timor. Ad dextrum stat spes. ¶ Et quidem recte dicitur, ꝙ erat ibi turba copiosa. Vere enim turba, quia conscientiam semper turbat: non enim sine magna processione vult diabolus peccatorem ad tumulum ducere. Et ideo processionem ad morem aliorum disponit in hunc modum, secū dum Bernardum. Crucem portat ambitio: incensum portat detractio: aquam benedictā, immo maledictam portat oppressio. Cęreos portat hypocrisis. Cantores sunt duo. Vnus est fallax confidentia diu viuendi, & iste cantat continue Requiem æternam. Des (inquit) tibi requiem, quia adhuc restat de tempore. Alter est pręsumptio de diuina misericordia, quę cātat, In paradisum te ducāt angeli. Officiū facit superbia. Quę sequūtur ipsam sunt vana gloria a dextris, inuidia a sinistris. deinde vadunt alia vitia, videlicet ira, indignatio, impatientia,

proteruia,blasphemia,cōtumelia,arrogātia,iactātia,iniuria,vaniloquiū,lasciuia,gula,curiositas, inquietudo. Sed qd facit dñs? Occurrit sic ducto: & tāgit loculū.i.mētē. Tāgit autē vt ait Bern.trib⁹.vз Flagello castigatiōis.Iob.xix.Miseremini mei,quia manus domini tetigit me.&c.
Inspiratione.iij.Reg.xix.Angelus dñi tetigit Heliā. Helias interpretatur ascendēs vel robustus: & hic interdū dormit per culpā. Apostolus.j.Corinth.xj. Multi infirmi & imbecilles inter vos, & dormiunt multi. Tangitur inspiratione,comedit panem prędicatiōe,in qua narrat exempla sanctorū.iiij.Reg. xiij.Latrūculi autē de Moab venerūt in terrā ipso anno.Quidā autē sepelientes hoīes viderūt latrunculos & proiecerunt cadauer in sepulcrū Helisei,qd cū tetigisset ossa Helisei,reuixit homo & stetit super pedes suos. Heliseus interpretatur deus me⁹ saluator,Moab de patre,latrūculi dęmones,quos interdū occurrētes homo dum sentit proijcitur a timore in foueam Helisei: & sic reuiuiscit &c.

Feria.VI.Hebdomadę Quartę.

EGo sum resurrectio & vita.Ioan.xi. A
Diuina gratia habet roborare stabilius: ego sum.Reuocare salubri⁹: Resurrectio, Cōseruare pfecti⁹: Et vita. Erat quidā lāguēs Lazarus. Secūdū φ ait beat⁹ Greg.xxxiij.Mora.c.xvj.Pia dei dispēsatiōe dęmon laxat⁹ nōnunq̄ de culpa ad culpā trahit,& dū plus pcutit, inde eūз quē ceperat,amittit: atq₃ vñ vicisse cernit,īde supat Sic ei dño pmittētevt ibidē dicit,vt iust⁹ cadat: vt.s. ꝯtutib⁹,de qb⁹ ātea ꝯfidebat,radicē hūilitatē faciat. Et licet exēpla de hoc habeam⁹ q̄pluria, speciale tñ nobis exemplū proponit in euangelio hodierno de

Lazaro a deo dilecto: quem ex languore mori, sepeliri, & corrūpi pmisit, vt ipsum ad vitā sublimius reuocaret. In quo euāgelio quattuor innuūtur, vt3
Calamitas infectionis. Erat quidam languens.
Sedulitas deuotę petitiōis. Miserūt igr̄ sorores ei⁹.
Vtilitas ptractę deuotionis dilationis. Vt igitur audiuit quia infirmatur.
Immensitas stupendę reuocationis. Vidēs Iesus.

B ¶ Quantum ad primū, Erat quidam famosus languēs, infirmitatis prolixitate: Lazarus, ecce nomen: a Bethania, ecce locus: de castello Mariæ & Marthę sororū eius: ecce cognatio. Et quia fuerunt multę Marię, ne æquiuocemus, hæc fuit illa sancta
C peccatrix, quę. s. vnxit pedes domini. ¶ Quātum ad secundū, Miserunt &c. Non em̄ ad amantē insinuare curant, nisi: ecce quē amas infirmatur: quia vt ait Augustinus, non diligis quē deseris. Insup quia sanitate, potest homo bene & male vti: ideo non est simpliciter postulanda. Ideo dicitur. Ecce quē amas infirmatur &c. quasi dicat: dn̄e video necessitatem, fiat qđ conducere nosti ad eius vtilitatē corporis & animæ &c. Vide etiā quomodo hę mulieres sunt pcisę & illuminatę in verbo: nō multū loquentes, sed nec propter honestatē ad Christū (vt ait Chrysostomus) accedere voluerūt. Infirmitas hęc &c. quia sanitas vtriusq3 hominis debebat succedere ex gloria largitoris. Credendū non est q hanc respōsionē Christi dixerint sorores Lazaro: quia iā erat mortuus ante nūcij responsionē. Sed quid potuerūt dicere sorores in reditu nūcij, quādo iam erat mortuus? a Christo videbatur oppositū dici. Respōdeo intellexerunt de vita resurrectionis, vt patet infra. Diligebat autē &c. Hoc dicit vt non turbemur, nec

sinistrum aliquod opinemur cũ videmus iustas ꝑ-
sonas affligi, vt ait Chrysostomus, pro eo ꝙ domi-
nus quos diligit corrigit & castigat. Pręmittuntur
autẽ sorores: tum quia medię salutis recuperandę:
tum quia per illas Lazarus Christo adhęsit & non
ecõuerso: tum quia frater pfectior est, & hoc ad ve
recundiã hominũ. ¶ Quantũ ad tertiũ, Vt autẽ au D
diuit mãsit ibi &c. Augustinus. Distulit saluare &c.
Nota. xij. horæ sunt diei. Lazarus amicus noster
dormit: sed vado &c. O quotiẽs hoc verbũ replicat
deus: sed miser peccator paululũ dormit & paululũ
dormitabit, non scdm Glos. vult surgere. Vnde sur
ge qui dormis &c. Dixit autẽ dormit, quia deo oĩa
dormiũt, sicut tangit Collecta. Itẽ quia nũc sic facit
de somno sicut dum a morte suscitat. Item quia in
spe resurrectionis qui dormit saluus erit. Augusti-
nus. Somnus ęgrotãtiũ solet esse signũ salutis: vir-
tutibus nãq; animæ quiescẽtibus virtus materia-
lis roboratur. Dicũt tamẽ quidã ad literã ꝙ Laza-
rus ex infirmitate ad phrenesim venerat, cuius re-
mediũ est somnus. Venit itaq; & inuenit eum qua-
tuor dies iam habentẽ. Augustinus. Prima dies est
originalis. Secũda occasus legis naturæ. Tertia le-
gis scripturę. Quarta legis gratię. Erat aũt Betha-
nia iuxta Hierosolymã, quasi stadijs. xv. Quia septẽ
pertinẽt ad obseruãtiã legis veteris, & octo legis no
uę: & sine his stadijs nõ itur in supnã Hierusalem.
Dicit distantiã quare multi Iudęi poterãt ex Hiero
solymis aduenisse. ¶ Martha igr̃ vt audiuit. Antiq
ori prius nũciatus est Christi aduẽtus. Noluit aũt E
sororẽ sociã accipere ne Iudęos qui venerãt cõcita-
ret, quos sciebat cõspirasse cõtra Christũ: sed secreta
accessit. Item qa ipsi voluit singulariter loqui nõ in
pręsentia multitudinis, vt ait Chrysostom⁹. Vtiq;

dñe. ego credidi, non incipio modo credere. vide fidē mulieris: considera verba prudētię. Et cū hoc dixisset, abijt & vocauit sororē suam silētio, ne videlicet strepitū faceret, vt Iudęi nescientes quo iret sequerētur vt miraculi testes fierent. Magister adest & vocat te. Licet hoc non pręmisisset euangelista, dat tibi hic intelligere Christū. s. ꝙ eam vocasset. Maria hoc audito cito surrexit. O q̄ suauiter, o q̄ dulciter suū medicū & magistrum nominari audiebat? Cui⁹ nomen vt ait Bernar. est melos in aure, mel in ore, iubilus in corde. Et cum venisset cecidit ad pedes ei⁹. Istum enim fontē inuenerat misericordię: & illū fontem nunq̄ potuit obliuisci, & omittere. Cecidit & fleuit, & in duobus primis deuota Maria Marthā excessit. quę solum orauit. Dñe si fuisses hic &c. Hęc est
F oratio quę fuit Marthę. ¶ Quantū ad quartum, vidēs eā Iesus plorantem, & vidēs plorātes qui venerant cum illa, turbauit seipsum. vbi datur intelligi forma exeundi a peccato: turbat eū in cōfessiōe, fremit in cōtritione, plorat in satisfactione. Fleuit aūt secundū August. super vulnera tua vt tibi periculū & grauedinē languoris ostēdat: & ad fletū propriæ iniquitatis te adducat. Fleuit, vt scias quātum tibi boni fletus operātur. Vbi posuistis eū. vbi infelix te te posuisti? quia in luto fęcis. Item cū in fremitu venit ad monumentū, vt tu ad te ipsum sic facias. Leuauit oculos in cęlū, & regratiatus est patri: ne scilicet Iudęos prouocaret ad temeritatē iudicij, ꝙ faceret in potestate alia q̄ solius dei. Item quia voluit ostendere ꝙ deo patri reuerentiam exhibebat & nō contumeliam: vt sibi imponebant. Clamauit voce magna. quę vox vt quidā dicunt audita est in inferno. Voce magna, quia difficulter homo peccati consuetudine consopitus resurgit. Prouerb. xxij. Ado-

lescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, nō re cedet ab ea. ¶ Moraliter, adhuc Christus dixit no- G
bis cōtinue, Lazarus amicus noster dormit: sed va do vt a somno excitem eū. Vide profundum inęsti- mabilis pietatis, dormit peccator, negligit deum, negligit semetipsum: & tamen deus non desistit: sed nos excitare satagit a peccato, clamans exhortando vel cōminādo: dicens. Lazare veni foras. Ergo exci tat Lazarum dominus a somno siue a morte pecca ti, & clamat, Lazare veni foras: sed miser peccator multipliciter se excusat. Primo quidem ꝙ non pos- sit, quia est languens: Erat (inquit) quidam lan- guens &c. Infirmata est in paupertate virtus mea. Item quia solus erat, ideo quidam. Sed dicit deus hæc excusatio non valet, quia infirmitas non est ad mortem: sed pro gloria dei: quia licet sis in- firmus: adhuc tamen non es finaliter mortuus: distemperatus es, non extinctus. Igitur ante lan- guorem adhibe medicinam: & tunc apud deum inuenies propitiationem. Et ne dicas ꝙ sis so- lus, quia habes vel habere potes duas sorores has, scilicet Martham & Mariam. Mariam, id est amaritudinem & compunctionem, quæ inge- miscat. Martham, id est sollicitudinem bono- rum operum misericordiæ. Q̃ si deus non ve- niat sed maneat in duobus diebus, id est diffe- rat illuminare intellectum, & inflammare affe- ctum, nihilominus tamen indubitanter adue- niet tempore opportuno. Quid mirum si aduo- catus aduensat, qui non vocatus ingerit se? ¶ Se- cundo clamat iterum deus: Lazare veni fo- ras. excusat se peccator quia non potest: quia in- quit Lazarus mortuus est. Psalmista. Obliuio- ni datus sum tanq̃ mortuus & cætera. Sed nec

ista est excusatio. nam inquit mortuus es, quia non erã ibi: quia calce abiecisti me à te. Sed hoc nõ obstã te adhuc dico tibi, quia ego sum resurrectio & vita: & ad hoc venio p ĩspiratione͂, vel p tribulatione͂, vel p pdicatione͂, vt a sõno excite͂ te. Tertio clamat Lazare &c. Rñdit pctõr, nõ possum, qa iã suz. sepult⁹ & iã fœteo in peccato. Psal. Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę. Sed hoc non sufficit. Ecce remediũ. Vbi inquit posuisti euz? Leua in directa oculos tuos: & vide vbi nũc prostrata sit anima tua. qd si nõ potes, salte͂ dic. dñe, veni & vide. veni per gratiã & vide, hoc est videre fac, scz vt recognoscã. Quarto excusat se peccator dũ sibi dicitur, veni foras: & dicit nõ possum: quia iã sum tumulatus. ita eni͂ iã est clausus ꝙ resurgere nõ potest. Psal. Iniquitates meę supgressę sunt caput meũ & sicut onus &c. Sed hic dicit deus: remouete lapide͂. s. per meę passionis memoriã, quę habet scindere cor lapideũ & monumenta reserare. Quinto excusat se ꝙ nõ potest quia est ligatus. Psal. Funes peccatorũ circũplexi sunt me. sed dñs pcipiet: soluite illũ. Gratia quide͂ soluit interi⁹ dũ. s. de tuis peccatis cõfiteris sacerdoti. Psal. Dixi cõfitebor aduersum me ĩiustitiã meã dño: & tu &c. & tunc poteris progredi per bona opera. Iterũ Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excite͂ eũ. vide deme͂tiã pctõris: dormit pctõr &c.

Sabbato Hebdomadę. IIII. in. XL.

A Vi sequitur me nõ ambulat in tenebris: sz habet lume͂ vitę. Ioã. viij. Gratia diuina e͂ directiua semitę. Qui sequit me. Exclusiua tenebrarum, Nõ ambulat in tenebris. Collatiua glorię: Sed habebit lumen vitæ. ¶ Dicebat aute͂ turbis Iudęorũ, ego sum lux mũ

di. Secũdum ꝙ ait beatus Greg. in registro, si deus vobis testis in cęlo, & testis in terra, & corde: dimittite loqui stultos foris quod volũt. Quid eñ aliud detrahentes faciunt nisi in puluerẽ sufflant: atq; in oculos terrã conuertunt? vt dum plus verbo detractionis perflant, illi nõ minus videant lumen veritatis. Ex quib⁹ verbis patet illud esse testimonium perfectum cui non potest vere vllatenus contradici: quod est in ore duorũ. s. in conscientia interius, & in cęlo superius. & si enim contradicatur, hæc contradictio nihil aliud est q̃ si ipsum videntem dicat excęcari. Et hoc bene ostendit nobis euangelium. in quo quattuor innuuntur. videlicet

Pręclaritas directę informationis: Dicebat Iesus.
Peruersitas iniquę ęmulationis: Tu de teipso.
Auctoritas apertę ꝓfutatiõis: Et si ego testimoniũ.
Maturitas tranquillę declinationis, Hęc verba locutus est Iesus.

¶Dicit ergo quantum ad primam partem B
Ego sum lux mundi. Sicut enim dicit Glossa, Pharisęi fuerũt scandalizati de hoc quod Christus faciebat peccatum dimittendo: quasi ipse super hoc non haberet auctoritatẽ expellendi tenebras culpę. Vult igitur Saluator ostendere se habere auctoritatẽ expellendi tenebras culpę: immo quascũq;. & ideo dicit, Ego sum lux mundi. Item vt ait Chrysostom⁹, alij dicebant Christum prophetã non esse, alij prophetam: sed soluz patrię determinatę Genezareth. Christus igitur volens se ostendere generaliter totius mundi prophetam: dicit, ego sum lux mũdi. In quo tria facit. Primo pręmittit suam perfectionem Ego sum lux. Secũdo ad suam vocat imitationem. Qui sequitur me. Tertio ostendit vtilem cõsecutio-

nem. Nõ ambulat in tenebris. Vel pręmittit suam dispositionẽ & conditionẽ dicens duo. s. ꝙ est lux, & ꝙ est lux mũdi. Nota sicut alias dictum est, quadruplex est mundus, scilicet artificus in mente diuina: mũdus exterius: mũdus minor. s. homo: & mũdus vniuersus. Primus mũdus est sicut ars & exẽplar, ac si coram auctore vel artifice esset dispositus. Secũdus est extra ꝑductus. Tertius exẽplaris. Quartus glorificatus & sophisticus sicut falsa moneta. Filius dei est lux omnibus istis mũdis. Primo qdẽ modo est lux mũdi, quia ipse est lux plena omniũ ratione viuẽtiũ, quę in eius luce manifestatur. Nota si quis vult legere indiget luce, sicut artifex habet lumen artis apud se: & Christus lucẽ habitat inaccessibilem, ait Apostolus. j. Timot. vj. Et ad Hebręos. j. Qui cũ sit splẽdor glorię & figura substãtię ei⁹. Secũdo modo est lux mũdi, quia ante aduentum eius erant tenebrę. Vñ tribus diebus factę sunt tenebræ in totã terrã Aegypti. i. vsq; ad tẽpus legis gratiæ: sed in ortu Christi, Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus paganis in regione vmbræ mortis lux orta est eis. &c. Tertio modo, mundi ipse naturaliter est lux. Homo enim carens diuina fide est in tenebris, & in tenebris ambulat: & nescit quo vadat, sed ꝑ fidẽ & gratiam illustratur. Hæc est illa lux. Ioan. primo. quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hũc mũdum. Quarto modo, mundi est lux: sed hanc lucem mũdus percipere non potest, quia mundus eum nõ cognouit: lux in tenebris lucet, & tenebræ eam. &c. Ipsi fuerunt rebelles lumini: sicut est lux mundi. Ecce eius perfectio. ¶ Verũ quia omnis transferens se ad aliquam similitudinem se transfert: idcirco sciẽdum ꝙ Christus dicitur lux, quia ipse luci compa

rabilis est. Est enim vt lux primo inflammatiuus caloris. Nam videmus ex luce ignem accendi & corpora inflammari: sed hoc non accidit nisi vbi eius radij maxime aggregantur. Vnde quia terra est sicut centrum, in ea sunt magnę inflãmationes: intantum ꝙ tota combureretur nisi contemperaretur a frigiditate & humore lunæ. Sic vere hæc lux Christus inflammatiua cordium, ignem dei venit mittere in terram, nec vult aliud nisi vt ardeat: sed hic ignis non accenditur nisi vbi eius lucis radij aggregant. Hoc autem solum fit in humilib⁹, q tenent locum centri, quia æqualiter a tumore circũferentiæ tenentur: quia ad circũferentiam qui sunt, habẽt cor tumidum & inflammatum. Insuper semper ambulant in magnis in corde suo, & circunferunt hincinde varijs tentationibus cogitationis: solus autem humilis stabilis est ad instar centri: ibi fit aggregatio diuinorum radiorum, & ibi fiunt inflammationes. Exemplum huius de speculo concauo. Sunt eñ speculũ: quia ipsorũ vita est speculũ & terra ab omni macula polita per mansuetudinem: quia nullam continet austeritatem. Concauum per humilitatem: & ideo ex eo ignis accenditur sicut experientia docet. Exemplum aliud de amphora vitrea repleta aqua, in qua consimiliter ex radiorum concursu ignis accenditur. Amphora humana conditio propter fragilitatem, lota debet esse a macula culpæ: plena non carnalitatis sed munda, & clara, scilicet salutaris sapientiæ & discretionis. Nam si esset vacua non valeret. Sed tunc est plena aqua quando est ibi clara inspectio proprię fragilitatis: tũc huic luci exposita radios ei⁹ recipit & ipsos aggregans ignẽ accẽdit. Scdo est excitatiuus vigoris: & istud sequit ex primo: nã calor est


inter oīa maxime actiuus ſicut natura docet. Habet enim ſemp̄ eſſe quodāmodo ī motu & actione, quia dilatat, ſicut frigus conſtringit. Sicut patet in congelatis. Nā ſicut phlegmatica ſemp̄ in quiete & pigritia eſt: & melancholia in occulto: ſanguinea in ſolatio: ſic eſt cholerica natura ſemp̄ in motu. Nota ꝙ cognoſcuntur in ploratu, quia ſemper amare ſtimulātur in corpore. Item in motu, quia ſemper ſunt velociores: ſicut lux fit in inſtāti. Item ad oēm differentiā loci, in multitudine reſpirationis: quia ſemp̄ habet ſpiritū. ¶ Tertio eſt generatiuus coloris. nā elemēta in propria natura nō ſunt colorata ſed ex permixtione elementoꝝ generantur colores varij, quibus homines venuſtātur. Item nota quo modo terra in ſe diuerſas imagines imprimit: quia formā leoninā, dum. ſ. dat colorē fortitudinis: humanā, dum. ſ. dat actū prudentię &c. ¶ Quarto eſt fecūdatiuus valoris: facit enim terram cordis noſtri germinare. Item terra germinat aurū. Adapta virtutibus: ſeptē virtutes. ¶ Ponit ſecūdo actū imi-

E tationis vt ipſum ſequamur: & ideo dicit. Qui ſequitur me, nō ambulat in tenebris. Magna gloria eſt ſequi deū, dicit ſapiens. Et ſingulariter dicit ſequitur, quia ſuperbus vult deū p̄cedere, vt p̄ſumptuoſus & arrogans: cui dicitur, Vade retro Satana. i. aduerſarie, quia nō ſapis quę dei ſunt. Tales em̄ q hanc lucem nō ſequi, ſed p̄cedere volūt, in manus incidunt inimici. Sicut habet̄ figura Numeroꝝ. xiiij. de filijs Iſrael, qui cōtra conſiliū Moyſi voluerunt aſcendere cōtra hoſtes, cum tñ Moyſes eis proteſtaretur: Nolite aſcendere, non em̄ eſt deus vobiſcum. Et ſequitur ꝙ percuſſi ſunt a Chananęis & Amalechitis. Aſcendere eſt p̄ p̄ſumptionē erigi: qui. ſ. de propria temeritate confidunt. Hi aſcendūt contra

hostes:sed quia deus ipsos nõ pcedit:ideo Chananei qui æmulatores interptãtur, & Amalechitę populi brutales siue gens brutalis, peccata.s.& dæmones ipsos percutiunt,& corruere faciunt. Non sic autẽ accidit illis quos deus præcedit. Qui ipsum sequũtur faciliter superant inimicum. sicut habemus figuram.ij. Machabęorum.xj.de Lysia, qui congregato exercitu copioso,scilicet octoginta milibus, venit contra Hierusalem vt ciuitatem habitationem faceret gentibus:templum vęnderet, & sacrificium immutaret:& ad cultum gentium transferret.Qui ascendens prius inuasit Bethsuram quæ est in angusto loco prope Hierusalem,& impugnabat eam, quia ibi erat psidiũ. Quod audiens Iudas Machabęus & qui cum eo erant in Hierusalem, ad dominum cum lachrymis exclamabant vt bonum angelum eis in subsidium mitteret : quo facto Iudas armatus cum multitudine sua, iter contra hostes arripuit. Et ecce apparuit angelus præcedens eos eques in veste cãdida, armis aureis, hastam vibrans : & tunc omnes benedicebant deum, parati non solum bestias inuadere, sed & muros ferreos duce præuio pertransire. Et tunc cum hostibus cõfligentes prostrauerunt ex eis vndecim milia peditum,& equitum mille sexcentos: & Lysiam tyrãnum pessimum fugauerunt.¶ Moraliter Bethsura domus siue habitaculum fortitudinis, significat propositum quod sibi fecit homo confidens amplius non peccandi,& hoc debet esse præsidium, vt iter præcludat,ne hostis in Hierusalem possit accedere:quam vult habitationem facere peccatorum, & conscientiam vęndere tanq̃ templum, dum sacrificium immutaret.Hanc Bethsuram hostis primo aggreditur,quia hoc præsidio habito quo homo in

bono aliquo se firmauit, scilicet Iudęis confitentib9
facilius credit capere ciuitatem. Exemplum de mu-
liere: quā vt faceret virum titubare primo decepit.
Accedit autem cum bis quadraginta milibus: quia
transgressio peccatorū ex quadruplici passione pro
ueniens figurat eum quo hostis vult subijcere ho-
minem. Ibi autem est duplex quadragenarius: scili
cet transgressio quo ad cor, & quo ad operationem.
E Equites sunt carnalia desideria, quę militant aduer
sus animam. Elephantes qui genua non curuant, si
gnificant motus superbię & vanę glorię, & aliorum
vitiorum spiritualiū. Sed quid debet facere Iudas?
Ad deum recurrere. Iudas confitens: Machabeus in
geniosus & industrius: & tūc angelus domini Chri-
stus scilicet angelus magni consilij in veste candida
innocentię, in equo humanitatis cui insedit diuini-
tas, in armis aureis virtutis & iustitię. & tunc pro
stratis .xj. milibus, scȝ tentationibus cordis, opera
displicibilia quib9 tētatur fugat: & fugit Lysias. i. dę
mon generans tentationes: mille sexcenti equites
perimuntur: dū scilicet carnalia desideria perimun
F tur. ¶ Sequitur consecutio vtilitatis, quia non am-
bulat in tenebris: dux vtilitatis, quia subterfugit te
nebras ignorātię culpę & pœnę ęternę. i. tenebras ex
teriores. Ioan. xiiij. Ego sum via, contra culpā. ve-
ritas contra errores. vita contra tenebras exterio-
G res. ¶ Quantū ad tertium probat Christus tripli-
citer ꝙ suum testimonium est verū: tum quia cō
forme certę notitiæ: quia scio vnde veni: tum quia
ipsi concordans secum: & in ore duorum &c. vnde
conscientia interius. & ipse superius. tum quia testi
monium verum non procedit a carne & a seruitu-
te, nec est iudicium verum secūdum carnem: sed est
secundum rectitudinem rationis &c.

¶Dominica in Passione.



Go honorifico patrē meū. Ioan. viij. Gratia diuina est cō tētiua excellētię singlaris. Ego. Suasiua reuerentiæ virtualis. Honorifico. Accensiua amicitię virtualis. Patrem meum &c. ¶Quis ex vobis arguet me de peccato. vbi supra. Iuxta sententiam beati Gregorij. xxvj. lib. Moral. cap. xxxij. peccatū disciplinę correptionē recipit donec animā in ꝑfundū demersit, nec desistit vt ex hoc ipsam ꝑuenire faciat in disciplinę cōtēptū. Vñ sic dicit. Anima peccato in quo labit nō pōt esse cōtēta dū quotidie ad deteriora deijcit: quasi in puteo quo cecidit fundū nō inuenit, quo figat. Vñ bene dr̄ Prouer. xviij. Peccator vel impius cū in ꝑfundū venerit cōtēnet. Ex his patet ꝙ signū hoīs reprobati est cōtemnere correptionē, & signū ꝙ homo ad ꝑfundū peccatorū venit qñ habet Auditum clausum. Affectū prauū. Aspectū cęcū. Animū induratū. Quare igit iniqui Pharisęi rebelles omni iustitię viā oīmodę reliqrūt veritatis. Idcirco Saluator noster ad ꝑfundū pctōrū ipsos deuenire ostēdit ex p̄missis quattuor, q̄ in euangelio hodierno ostēdūtur, vꝫ ꝙ ipsorum erat Auditus iniustitia obturatus. Quis ex vobis. Affectus neqtia deprauatus. Rñdērūt igit Iudęi. Aspectus malitia excecatus. Dixerunt Iudęi. Animus ꝑtinacia induratus. Tulerūt igit lapides. ¶Quantum ad primum dicit sic: Quis ex vobis &c. Vbi vult ostendere ꝙ ratio q̄re isti Christum audire nolebant, non erat ex parte sui, sed quia eorū aures erant ad veritatem obturatę per

malignitatem: & facit talem ratione. Cum omnis homo naturaliter scire desideret, q aliquis alicuius doctrina contemnat audire, non est nisi altera triu causarum: videlicet aut. propter malitiam siue peccatum doctoris. Aut propter falsitatem & errorem doctrinę. Aut propter obstinatione auditoris. Prima & secunda non sunt in causa, ergo &c. Probatio minoris quantum ad vtraq partem. nam mea, ait Christus, malitia no est in causa: quis enim ex vobis arguet me? &c. Grego. Pensate fratres mansuetudine dei: non dedignatur eni ex ratione ostedere se no esse peccatorem: quia ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Dicit aute Origenes q solus Christus hoc dicere potuit. Quis ex vobis &c. pro eo q ipse peccatum habere no potuit. Huius autem ratione assignare possumus. quia quato res est vni extremo coiunctior, tanto est ab altero elongatior: humanitas aute Christi coiunctissima fuit diuinitati. Nam illa coiunctio fuit & est maior omni alia secundu Damascenu: & ideo maxime est remota ab altero extremo. s. a peccato: quod est nihil secudum Augustinu super Ioannem. Item fons mari contiguus & submissus no potest priuari aqua. Humanitas aute Christi velut fons plenitudinis gratię scaturientis est coiuncta diuinitati q est magistra gratiaru. Secundo Christus probat eande minore quatum ad secunda partem: quia ego veritate dico vobis: & tamen no creditis mihi. Sequitur ergo ex hoc q vos obturastis auditu mente vestra a deo auertetes. Vnde propterea vos no auditis: quia ex deo no estis. Nam in maliuola anima non introibit sapientia. Christus ergo sine peccato erat, & veru dicebat Petrus, Qui peccatu no fecit, nec inuetus est dolus in orę eius. Nam omes sensus sunt nucij cordis &

ianua. Inquantum autem nūcii, libenter accedūt ad illa ad quę eos cor trāsmittit Inquātum aūt ianua, libēter suscipiūt quę cor diligit & acceptat: & illa diligētissime introducit. Ex his sequitur ꝙ qui ex deo est verba dei audit. Nota hic de illo qui portabat fimū, & fimo continue aduersabatur: sic multi quando de deo aliquid audiunt dormiunt ex fastidio. Hi bene fuerūt figurati Nume. xxj. in illis filijs Israel qui dicebāt, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Illis nāq cibus diuinus generabat fastidiū quod illis veniebat de secretario peccatorū. Et Nume. xj. cōmemorant septem. s. carnē. i. gulā, pisces. i. lasciuiā quę ex gula sequitur: quia homo qui delicate viuit postmodū natare cupit in cōcupiscētijs carnalib9, cōtra quas ē ieiuniū inuētū: pepones. i. vanā gloriā: cucumeres frigidos. i. iudiā: allia q̄ inflāt. i. iram: Cepe quę fructificant in omni loco. i. auaritiā quę ardet: porros. i. acidiā. Qui igitur talib9 stimulātur: illi dulcedinē non percipiunt verbi dei. Sed qd interdū facit deus? Complet ipsorū desiderium: vt suū furorem exagitet cōtra eos. Adhuc (inquit Nume. xj. propheta) carnes erant in dētibus, & ecce furor dn̄i cōcitatus in populum percussit eum plaga magna nimis. & tunc mortui sunt qui carnes. i. carnales & mūdanos affectus desiderauerūt. Nota de illis qui veniūt ad prędicationem causa videndi, hi faciunt peius q̄ alij. D

¶Quantum ad secundum ostenditur affectus iniquus Pharisęorū in contumeliam prorumpentiū. Responderunt igitur Iudęi Christo & dixerunt: ꝙ ideo nolebant verba eius audire: tum quia eius doctrina erat erronea: tum quia ipse pessimus & infamis. Primum ostendūt, quia ipse erat Sama E

ritanus,& per consequens legis subuersor & falsifi cator.Secūdum probant,quia dæmoniū habes,& ꝑ consequēs es homo deditus totus peccato. Dæmon qui in te habitat facit te loqui. Sed agnus mansuetus non conuiciando, respondit humiliter nullum peccatorem continere veritatem.Et primo probat dupliciter se nō habere dæmoniū.Primo sic.Ille nō habet dæmoniū qui patrē cęlestem honorificat: nec ab hoc desistit in contumelia nec in honore sibi facto:sed ego honorifico patrem meum, nec propter vestras contumelias ab eius honore volo desistere &c.Probatio maioris,quia superbia dæmonis semper ascendit.Psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper:& talis deum continue inhonorat. Secundo sic.Diabolus quęsiuit propriam gloriam quę fuit causa suę ruinę:ergo omnis q habet dæmonem,ab ipso habet gloriam propriā requirendam. sed ego propriam gloriam non quęro. quod patet, quia non curo de meis contumelijs quas infertis: sed potius cōmitto illas deo patri qui quęrit gloriam meam,& ad quem pertinet talia scelera iudicare.ergo &c. ¶ Tertium autē ꝙ non sit legis subuersor,probat per vnam rationem.

F Vbi aduertendum ꝙ Christus intentioni eorum respondit, non verbis.Dixerant enim ꝙ Christus erat Samaritanus,ex hoc volentes dicere ꝙ Christus erat subuersor veritatis & legis. Christus igitur primum non negat,scilicet se esse Samaritanum, quia Samaritanus custos interpretatur. Ipse autē erat ille custos de quo Psal.Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel.&c.Ille insuper cui dicitur Esai.xxi. Custos quid de nocte? Custos qui non curat de nocte peccatorū:quid ad te de peccatoribus sic in malitia obstinatis & obtenebratis? Sed respōdit: venit

mane: in ortu scilicet lucis meæ: quia ego sum lux mundi: in quo mane hæ tenebræ possunt expelli: sed postmodum veniet nox futura: & ideo si quæritis quęrite, scilicet quando dies est: & conuertimini & venite. Est igitur vt dixi Samaritanus ille qui curam egit sancij, quem lex & prophetę, sacerdos & leuita incuratū reliquerūt: qui ipsum posuit in iumēto suo & apponit vinum a mortificatione doctrinæ & a putredine culpę pręseruans & oleum lenitiuum clementię & misericordiæ dulcorantis. Propterea igitur non negauit se Samaritanum esse. Respōdit tamen intentioni eorum: ostendens se non esse veritatis legis subuersorem: & arguens sic. Ille non est legis subuersor qui ad finem legis ducit, quia talis legem a fine proprio non diuertit: sed ego sum huiusmodi. Probatio. nanq; finis legis est vita. Vnde inquit Moyses. Audi præcepta domini: vt sis longęuus super terram. Et Christus etiā. Hoc fac & viues. & Si quis sermonem meum seruabit, mortem non gustabit in æternum. & vt ait sapiens: Christi doctrina lignum est vitæ his qui apprehenderunt eam: & qui tenuerit eam beatus. Sicut ergo lignum vitæ pręseruabat a morte, sic doctrina Christi a morte scilicet secunda. Vnde in æternum non gustabit mortem nec culpæ nec pœnæ. Vel possumus sic dicere quantum ad prædictam auctoritatē. Custos quid de nocte, scilicet liberans. Duplex est nox scilicet culpæ & pœnæ: & ab vtraq; liberat. Augustinus. Idcirco vna die & duabus noctibus Christus fuit in sepulcro: vt vna luce diuinitatis suæ duplicem noctem auferret. Et respondit custos venit mane, scilicet iudicij: & nox, scilicet mortis. quasi dicat, habete ista in memoria: quia iudicij memoria aufert superbiam: mortis memoria au-

ritiã & luxuriam. Si igitur quęritis, in horum memoria quęrite & cõuertimini & venite. Vel aliter, venit mane prosperitatis, & nox aduersitatis. Et ideo si quęritis in aduersitate: quęrite in prosperitate, quo contra Hier. ij. Verterunt ad me terga, & non faciem, & in tempore tribulationis dicent: Libera animas nostras. &c.

G ¶Quantum ad tertium, ostẽduntur execęcati, & probãt tripliciter Christum habere dæmonem, & p cõsequens ipsum dæmonẽ esse. Primo cũ dæmon sit pater mendacij, ipse in te habitans facit te sic mentiri. Nam Abraham & prophetę mortui sunt. Tũc sic. Aut doctrina Christi concordabat cũ doctrina eoꝝ, aut non. si non, ergo es legis subuersor: si sic, ergo es mentitor. Secũdo, quia ipse qui se exaltat indigne sup maiores est dæmoniacus, tu es huiusmodi. ergo &c. Probatio, quia facis te maiorẽ Abraham. Tertio, quia ille q seipsum nõ cognoscit est execęcatus a dæmone: tu es huiusmodi: quem enĩ teipsum facis? quasi dicãt, tu cordis tumiditate dicis, Si quis sermonẽ meũ seruauerit &c. Sed ad ista respondit Saluator cũ omni mansuetudine quantũ ad tria pmissa. Primo, qui indigne se exaltat super maiores, nõ ostendit q̃rere gloriã: quia si ipsam q̃reret, ipsa esset nihil. i. peccatũ: sed deus pater ipm Christum exaltat: quia q̃rit gloriã eius, & filiũ glorificat. Secũdo, ꝙ non præripio gloriã, dicens quia cognosco patrẽ: & tñ vos nõ cognoscitis eũ: immo si dicerẽ me eũ nõ cognoscere tũc essem mendax, negando verũ: sicut vos estis mendaces, affirmando falsum, dicentes vos cognoscere illũ, cuius notitiã non habetis. Tertio, ꝙ dicitis Abraham mortuũ: cõtra, omnis mors de qua loquor, ad luctũ & tene-

bras terminatur: sed Abrahã nõ sic est terminat⁹. Probatio. Exultauit enĩ vt videret diẽ meũ. Igit ibi fuit lux quia vidit. & tñ accipiunt ecõuerso, quasi. s. Christus Abraham viderit, dicẽtes. Quinquaginta annos nõdũ habes, & Abrahã vidisti? Futura autẽ multa potuit Abrahã prȩuidere in spiritu: q̃ tñ ecõ uerso eũ nõ videt. Et ideo dicũt. Quinquaginta annos nondum habes &c.

¶Sequitur quartũ, & patet. Moraliter. Si veritatẽ dico, quare nõ creditis mihi? Misera pctõris cõditio, redẽptori credere nolũt. Psal. Generatio q̃ nõ direxit cor suũ, & nõ est credit⁹ cũ deo spũs ei⁹. Et iterũ. Nõ crediderũt in deo nec sperauerũt in salutare eius. Credidit tñ ꝓditori. j. Mach. j. Locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit sup ciuitatẽ repẽte. &c. Dic hãc figuram, si vis: quõ diabolus irruit sup ciuitatẽ. i. animã qñ dolose loquit vt credamus. Percutit enĩ plaga magna dũ. s. ipsam sauciat culpa, quȩ plaga nisi p supernũ medicũ curari nõ potest. Vel vulnerat cõsciẽtiã, perdit populũ multũ: quia oia ꝑcedẽtia opa annihilat, accipit spolia, qa ipsam spoliat gratia: succẽdit eã igni. i. quasi feruorẽ mali desiderij excitat: destruit domos. i. habitaculũ cõsciẽtiȩ: dissipat muros. i. diuina ꝑcepta, qbus ab hostibus tuebat: captiuat mulieres. i. opa misericordiȩ: natos. i. stabilitatẽ: pecora. i. simplicitatẽ cordis. Vel domos destructas possumus intelligere exẽpla sanctoꝝ in qbus debet homo habitare, quȩ oia excidũtur a corde. Ista oia miser peccator attẽdit, & tñ ab eius dominio separari nõ põt, sed potius ei credit: cũ tñ dicat ei dæmon: Venite sapiẽter opprimamus eũ. Affligitur, deluditur, perimitur, & tñ negligit eius man⁹ euadere:

sicut bene Exodi primo figuratur. Vbi dicitur ꝙ dixit rex Aegypti. Ecce populus filioꝝ Israel mult⁹ ē, & fortior nobis est, venite & sapiēter opprimam⁹ eū, ne forte multiplicetur, & si ingruerit cōtra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediantur de terra. Et sequit̄ ꝙ imposuit eis onera laborū triplicis gn̄is. Pri̊o videlicet, ędificare ciuitatem tabernaculorū quę erāt in finibus regni, vt pro defensione milites morarētur, & quātū ad hoc colligebant paleas & faciebant lateres: & numerum debitum assignabāt ꝓpositis operū. Sc̄do portare lutū platearum & viarum in cophinis. iuxta illud. Manus eius in cophino seruierunt. Tertio diuidere fluuium Aegypti in riuulos ad patriam irrigandam. Ecce tu miser peccator credis, nec tamen per Moysen. i. per diuinam legē vis ab illa miserabili seruitute abduci. Nota, dicit dęmō, venite sapiēter opprimamus, quia primo decipit hominem sapienter, postea opprimit: ne. s. fruatur homo cōsortio angelorum, & de terra egrediatur. ❡ Nota tres ciuitates tabernaculorū, tria vitia quę sunt in mundo. quarū vna dicit̄ Phitō, & interpretat̄ os abyssi, quę significat auaritiā, q̄ nō satiatur diuitijs: velut nāq; ligna faciūt ignē maiorē: sic plęrūq; diuitię magis incendūt ad auaritiā & ardorē. Secūda vocatur Ramasses, quæ interpretat̄ cōmotio tineę, & signat luxuriā, quę ad instar tineę est de carne cōsurgēs, & carnē cōsumit. Istam ciuitatem seu tabernaculū ędificat qui gulę & luxurijs deseruit. Tertia dicit̄ Heliopolis. i. ciuitas solis: & significat superbiam & vanā gloriā. Sol enim dicit̄ solus lucēs & significat sup̱bū & vana gloriosum qui solus inter alios vult reputari & lucere. Hanc ædificant tyranni & oppressores & procuratores honorū. Et aduerte ꝙ bene

dicũtur ciuitates tabernaculorũ: quia sicut taberna culum est habitaculum qđ transfertur de loco ad locum, sic hic sunt ædificia nõ manẽtia. Iob. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiũt. Tabernacula sunt in quibus mobiliter habitamus. Ad has ciuitates ædificãdas spargitur populus Israel per Aegyptum. i. per mũdum: colligit latera. i. carnale & terrenũ desiderium apponit indebitę delectationis: colligit paleas. i. peccata, cũ quibus ipse est finaliter comburẽdus. Succendit ignem furoris mali desiderij. In his ciuitatibus habitant milites Pharaonis. i. carnalia desideria, quę militãt aduersus animã, vt tributa accipiant operũ nostrorum, vt nec ingredi nec egredi permittãt aliquem sine tributo & seruitute. Colligũt isup lateres, dũ. s. nõ cõsiderãt ꝓpriã fœditatẽ: sed illã a sua cõsideratione abijciũt: cũ tñ Mich. vj. Humiliatio tua ĩ medio tui. Diuidũt fluuiũ. i. diuitias vel delitias, quas trãsmittũt ad omnes. ¶ Moraliter loquitur nobis Christus. Si veritatẽ dico vobis. Regula eñ est apud doctores & magistros, ꝙ vnicuiq; experto in scientia sua credẽdũ est: sed proh dolor oibus nondũ expertis & lenonibus credit: creditur Prisciano de grãmatica: Aristoteli de logica, & syllogismis: & sic de alijs auctoribꝰ: soli Christo credulitas denegat, & tñ ipe dicit conqrẽdo, Si veritatẽ dico vobis (Si. i. qa) quare nõ creditis mihi? Sarraceni Mahumeto fidẽ adhibẽt, & sic de alijs. Soli Christiani Christo credere dedignant. Credũt mũdo, credũt dæmoni, credunt carni, credũt pctis, quę oia nitunt animã demoliri: soli veritati credulitas denegat. Mihi inquit Christus debetis credere multiplici ratiõe. vꝫ, Quia in me est veritas vitæ. Quis eñ ex vobis arguet &c. Veritas doctrinæ: quia ego veritatem dico vobis. K

Veritas iustitię. quia tribuit vnicuiqꝫ &c.
Veritas famę quia Abrahā exltauit vt videret &c.
Veritas essentiæ. quia anteq̄ Abraham fieret ego
sum. Est enim veritas quę consistit in cōmunicatio
ne ad alterū velut ad alterum: & hęc veritas in me
est. quia ego gloriam meā non quęro: sed honorifico
patrem meū. Si igitur veritatem dico vobis: quare
nō creditis mihi? O veritas splendida, splendida &
luminosa, q̄ a miseris sic miserabiliter reprobaris.
Esa. lix. Corruit veritas in plateis. vbi iustitia non
potuit ingredi: vt eā subleuare posset. Osee. iiij. Nō
est veritas dei in terra. Dan̄. viij. Prosternetur ve-
ritas in terra. Ergo si non credere velimus saltem
ipsum audiamus quid dicere velit: si nos possumus
aliquo modo ad credulitatē inducere. Loquere igi-
tur dn̄e. ecce ꝑmittit, Quis ex vobis arguet me? ve
re nullus: quia dn̄e tuus affectus est plenus charita
te & dilectione, tua mens suauitate, tuū cor humili
tate: tua caro puritate, tuus affectus veritate, tua
manus largitate, tua opera sanctitate & exemplari
tate: a vestigio enim plantę pedis vsqꝫ ad verticem
capitis nō est in te macula: vt dicitur. ij. Reg. xiiij.
Nota figuram quomodo tōdebatur, quia grauabat
eum cęsaries. Absalon est Christus filius dei patris.
cęsaries, affectus charitatis dn̄icę procedens. Itaqꝫ
fuit ipse suspensus in ligno in nemore huius mun-
di: cui ligna ipsum imposuit mulus super quē insi-
debat. i. sterilis populus Iudæorū cui insidebat per
doctrinā. Hęc est illa cęsaries qua mulieres Israel. i.
aīę fideles sua ornabāt capita: quia Christi virtuti-
bus qui est caput nostrū nostrę mētes ornātur. Hęc
cęsaries ponderat ducētis siclis, quia cōtinet perfe-
ctionē vtriusqꝫ stolæ & vtriusqꝫ vitę. Sic igitur hic
Absalon patris filius fuit: sic in omnibus mirabili-

ter speciosus. Propterea nullus ipsum potest argue re de peccato. Si igit Christus ait, nullus me de pec cato potest arguere: igitur filię Hierusalem quę vos in ea ornatis cæsarie, super vos flete: quia si opor tuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam quomodo tu plenus peccatis cũ delitijs ingredi po teris aliena? Nam per multas tribulatiões &c. dici tur Actuum. xiiij. Attende sanctos vt nõ per viam carnalitatis incesserint. Igitur veritatem dico vo bis: sed vos non creditis mihi. Ego te emi sanguine innocẽtię, tu te venũdas sub peccato. Sed vtinã huic ingratitudini nõ addamus cõtumeliam & persecu tionem. Christus nãq; abscõdit se propter te in vte ro virginis: & egressus est de templo cęlorum. Psal. in templo eius oẽs dicent gloriam. Iterũ egressus est de templo vteri virginalis. Psal. Sanctum est tem plum tuũ: & abscondit se, quia vere tu es de⁹ abscon ditus sub veste humanitatis Item vt te pacificaret egressus est de templo corporis sui. Soluite templũ hoc &c. Et abscõdit se in monte, abscondita est forti tudo eius &c. vt. s. te in suo sanguine pacificaret: nũc ad tuę conscientię templum ingreditur: & tu miser lapidas eum: nec ei vis tributum reddere quod te neris. De hoc figura. iij. Reg. xij. de Roboam qui di latans populus interpretatur. Deus pater qui gen⁹ humanum dilatauit, ad ipsum Israel qui a deo apo statauit, misit Adurã, qui fluuius. s. pietatis & san guinis, exaltatus in cruce interpretatur: quẽ popu lus lapidauit, & constituit sibi dominũ populus me moratus Hieroboam q̃ est diuisio populi, & supius dijudicans, qui nunq̃ permisit populum ipsum ad deum conuerti, sed constituit ei idolum in Bethel q̃ domus dei interpretatur: quia intrauit in cõscien tiam & in mentem vbi debet esse domus dei. Sed ve

ritatem dico vobis. Dicit nobis veritatem quando docet nos mundum contemnere: & nos non credimus ei. &c.

¶De eadē Dominica in Passione.

A Christus assistens pontifex futurorum bonorum. Ad Heb. vij. Secundum q̃ ait Apostolus ad Hebręos. x. Lex vmbrā est habēs futurorum bonorum. Sicut em̄ vmbra nihil ad perfectum ducit, sic nec lex, vt ibidem dicit in eadē ep̄la. vij. ca. Quia op̄a dei p̄fecta sunt: & deus vt ait Augustinus. imp̄fectū nihil relinquit quin ad p̄fectū deducat: id circo imp̄fectionē legis, & p̄ cōsequēs sacerdotij legalis, vt ad p̄fectionē reduceret ipsam, in legē trāstulit gratię quę est vtiq̧ lex libertatis. Hęc aūt translatio facta est in Christi passione, cuius mysteria hodie inchoant: in qua Christus cōstitutus est sacerdos & hostia. Et ideo nūc ad trāslationē eius nos diligēter p̄paremus. Ap̄lus facit in hodierna ep̄la ɔparationē legis testamenti veteris ad testamētū nouū & sacrificij, ostēdens legē nouā perfectiorē quo ad tria, vz quo Ad personam sublimiorē, quia ibi peccator, hic dei filius est pontifex. Ad hostiā synceriorē, quia ibi vitulus, hic Christus dei filius offertur. Ad efficaciā sublimiorē: quia ille ostendebat mūda corpora: hic autem mundas animas. Ephe. v. Semetipsum pro nobis obtulit.

¶Feria. II. in Passione.

Si quis sitit veniat ad me. Ioan. vii. Dominus noster Iesus Christus volens nobis suę gratię beneficiū impertiri, in verbis ɔpositis tria facit. Primo nanq̧ supponit indigentiā, Si quis sitit. Secūdo imponit con-

fidentiam, Veniat ad me. Tertio promittit affluen tiam, Et bibat. Apostolus Paulus ad Rom.xij. Tri buit nobis formã qualiter debeamus inimicorum seu persecutorũ nostrorum malitiam superare di. sic. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Et in quo bono debemus vincere malum ipse explicat ibidem, ꝙ hoc debet fieri specialiter in duobus.s.in humili vel in molli responsione. Benedicite psequẽ tib⁹ vos: bñdicite & nolite maledicere. humili nãꝗ responsione statim mens elata prosternit. Sicut eñ dicit sapiens. Prouerb.xv. Responsio mollis frãgit iram: ecõtrario sermo durus suscitat furorem. Et Eccli.vj. Verbum dulce multiplicat amicos. Vnde & verbũ placabile lignũ vitę. Secũdo in pingui vel fertili cibatione. Si inquit esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc eñ faciens car bones ignis congeres super caput eius.i.ardorẽ pœ nitudinis de offensa. Quia igitur hic ẽ modus: ideo istum modum in suis actibus Saluator voluit no= bis ostendere, sicut manifestat euangelium hodier= num ꝙ̃ humiliter respondit & ꝙ̃ largiter se obtulit. Et tanguntur in eo quattuor. videlicet

Temeritas siue malignitas pręsumptionis illoꝶ.s. iniquorum Iudęorum & Pharisęorum.
Humilitas responsionis. Dixit eis Iesus.
Obscuritas locutionis. Dixerunt igitur Iudęi.
Fertilitas oblationis. In nouissimo autem.

¶ Vel possum dicere ꝙ tria ponunt in euãgelio. vз
Iniqua legatio peruersi generis, Miserunt.
Benigna respõsio trãquilli pectorꝭ. Dixit eis Iesus.
Paterna oblatio fœcundi muneris. In nouissimo.

¶ Moraliter autẽ oĩa vitia lapidãt Christũ, & ipm fugãt de tẽplo cõscię ꝑut heri dictũ fuit. sic mittũt nũcios detestabiles ad ipз ꝑ mũdũ de corde & ꝯscia.

B ¶ Inter alia vitia sunt duo pniciosa.s. supbia signata p principes: & inuidia signata p Phariseos: quę salutē perimūt: nec eā dimittunt quiescere. Etenim bene videmus ꝙ hæc duo vitia nihil secū breuiter cōpatiūtur. Nā simile naturaliter appetit suū simile: non sic de superbo, qui cū superbo nō potest quiescere: similiter nec inuidus. Quot autē ministros hęc vitia mittant, satis patet. Plures nāq; transmittunt q̄ sciremus exprimere. Sed de talibus dn̄s conqueritur. iiij. Reg. vj. dic. Nūquid scitis ꝙ miserit filius homicidę huc, vt p̄cidatur caput meū? Narra historiā succincte: quomodo Samaria obsidebatur. Ioram excelsum peccatorē significat qui se erigit cōtra deū. Psal. Et sup excelsa statuēs me. Huic regnū Samariæ. i. animę vel conscientię cōmittit. Contra hūc ascendit rex Syrię. s. dæmon: obsidet ciuitatē. i. animā: facit in ea famē & appetitū terrenorū. Mulier. i. voluptas ardore desiderij coquit spiritū tāq̄ filiū, & ipsum cū sensualitate comedit: sed sensualitas sensualem appetitū cogere nō vult: tūc peccator Ioram qui in tali tentatione deberet ad deū recurrere, in contumaciā venitꝭ, vult perimere Heliseū id est Saluatorē Christū, & mittit nuncium: immo plures nūcios. Hos nūcios miserūt Iudęi: sed aduerte quid dicit dn̄s eis. Adhuc modicum tempus &c. Nota, nō permittit se adhuc interfici: sicut nec Heliseus. Et dicit. Adhuc modicū tēpus. Q̄diu peccator est in spe salutis, Christus adhuc est cū eo, saltē quantū ad spem, quæ potest peccatori de sua inesse conuersione. ¶ Facit autē Christus nos considerare

C sex, quibus nos debemus moueri ad pœnitētiā. vz Breuitatem temporis. Adhuc modicum tempus. Charitatem muneris. Vobiscū sum. id est ad vestrā vtilitatem.


Benignitatē intentionis. Ad eū vado qui misit me.
Grauitatē siue malignitatē criminis. Queritis me.
Subtractionem misericordiæ siue remedij. Non in
uenietis.
Illationē sententię. Vbi sū ego vos nō potestis venire.
Vere ad eū ire non possumus, dum scilicet proxi=
mū offendamus: quasi dicat, non potestis esse in hu
militate sicut ego sum. Verū quia sine subsidio gra
tiæ ad eū peruenire nō possumus: ideo in nouissi=
mo die festiuitatis ipse clamabit. Si quis sitit veni= D
at ad me & bibat. Sitim autem prouocant asperi
labores: quibus homo laborat inutiliter. Insipidi
sapores, quib9 gustus interior afficitur. Feruidi ca
lores, quibus cōsumūtur humores. Turbidi lāguo
res, qb9 fiūt alteratiōes. Supponit sitim & ad potū
inuitat non aquę nociuę. s. delectationis terrenę: sed
supernę, quę est aqua viua. Nā delectationes mūda=
nę sunt aquę periculosę quę demergere habent ani=
mā. Et ideo delectatio dicit. Si quis sitit in mari. i.
in amaritudine culpæ, tandē habebit amaritudinē
pœnę. Hęc autem est aqua quā diabolus misit post
mulierē. Apoc. xij. Vide figurā. Hic nāqȝ fluui9 ē de
lectationis mūdanę memoria. Et ideo bene post mu
lierem mittitur. Ibi notatur quo ad figuram ꝙ fi=
lium quē parit, cōcepit ex deo, scilicet gratiā. Vnde
spiritus sanctus supueniet in te. Lucę. j. Hanc vult
draco deuorare, quia etsi conceptionē impedire nō
potuit, saltē ꝑ inanē gloriā vel ingratitudinē vult
ipsam perimere. Nota, periculū est puerū nudare
& exponere aeri vel vento propter teneritudinē:
sic de opere nouiter facto &c. Ideo vadit mulier ad
solitudinē: Puer autē tūc accipitur a deo q in vita
eū conseruat. Aduertendum tñ ꝙ istis aquis & hoc
fluuio est licitum vti temperatē: & quia illi bellatoꝛ

res vsi sunt. De quo exemplū & figura de Gedeone Iudicū. vij. q ad fontem aquę elegit populū qui erat cum hostibus pugnaturus & habiturus victoriam & fuerunt. ccc. in vniuerso. Gedeon interpretat̄ humilitatis deprecatio: ille qui dicit. Matth. xj. Discite a me &c. Hunc deus pater ducem & redemptorem constituit. Prope aquam delectationis genu flectentes sunt illi qui de dissolutis gressibus & absq; respectu non aquas sibi, sed se aquæ applicant. e conuerso faciunt boni: & ideo illis solū datur victoria de hostibus: & dicuntur. ccc. centum propter cumulū perfectionis, tres quia ille numerus solus est suo aggregāti immediate vnitus: quem velut fidelis sequitur scilicet binariū charitatis geminatæ. Hanc aquā nō

E dat deus sed aquam viuā. Et signāter dicit flumina: quia fluui⁹ est. Sonorus cōcussione. Largus effusione. Rapidus siue festinus cōmotione. Procliuus descensione. Recuruus incessione. Sic gratia spiritus sancti est sonora: quo ad honestam locutionē. Apoca. x. In ore ipsorum dulcis resonabat sonus. Marc. vltimo. Linguis loquētur nouis. Larga quo ad charitatiuā cōmunicationem: quia dat res temporales subueniendo, cor cōpatiēdo. ij. Corinth. xj. Quis infirmatur & ego nō infirmor &c. Eccli. xxiiij. Ego sapientia effudi flumina. Rapida: quo ad promptam operationē: quia amor dei secūdū Augustinū nescit esse otiosus. Procliua descensione. s. per humilitatē. Recurua quo ad gratiarum actionem. Item quo ad reductionem, quia sicut a deo venit ita ad deū perducit. Vnde hic dicitur aqua viua. iiij. Reg. iij. Facite alueum torrētis huius fossas & fossas. Hæc enim dicit dn̄s. Non videbitis ventum neq; pluuiam: & alueus iste replebitur aquis: & bibetis vos & familię vestræ & iumēta vestra. Insuper tradet Moab in

manus vestras. Facite alueum torrentis, hoc est in vobis ipsis sit torrens pœnitētia, quę p vos trāsire debet. Psal. Torrentem pertransiuit anima nostra. Hic est torrens ad quē dn̄s destinauit Heliam.iij. Reg.xvij. Vade cōtra orientē, hoc est cōtra mundi gloriā: & abscondere in torrente Carith, qui occurrens ignis.s.amoris, vel occursus igneus.i.incēdij interp̄tat, qui est cōtra Iordanē.i.contra refluxū: & ibi de torrente bibes. Hic est torrens. Hier.xxxj Aducā eos p torrentē aquarū in via recta, & nō impingent in ea. Fossas & fossas.i.duplicē humilitatē cordis & cōuersationis. Matth.xj. Discite a me, qa mitis sum &c. Hęc dicit dn̄s. Nō videbitis ventū.i. tētationē obnubilantē cōsciētiā, nec pluuias.i.delectatiōes dissoluētes: & alueus iste replebit aquis.s. gratię. Alueus em̄ torrētis.i.homo p quē trāsit pœnitētia, aquis replebit gratię: si tn̄ fodiatur humilitate. Gen̄.xx. Foderunt in torrentem, & inuenerūt aquā viuā. Et bibetis vos & familię vestrę: & dabit dn̄s vobis victoriā. Psal. De torrente in via bibit. Hic torrens inundat tēpore hyemali.s.in vita p̄senti: sed tēpore æstiuo exsiccat.i.tēpore futurę felicitatis. Vel aliter, afflictionib⁹ redūdat. Psal. Percussit petram, & fluxerunt aquę. &c.

¶ Feria.III.in Passione.



VOs ascendite ad diem festum. Ioā. vij. Gratia spiritus sancti ad tria singulariter nos conducit, vez Ad altitudinē perfectionis. Vos ascendite. Ad limpitudinē cognitiōis. Ad diē. Ad sanctitudinē deuotiōis. ¶ Festū. Secūdū q̄ ait Hierony. sup Matth. ca.xix. A sola humilitas est obseruatrix custosq̄ virtutum. Huius autem rationem assignat Ber. sup Missus

est, sic dicēs. Cum ex alijs quibuscūq; bonis virium magis suarū capere soleat incrementum superbia, sola humilitas omniū propugnaculū turrisq; virtutū eius fortiter resistit malitię, obuiat p̄sumptioni. Et ideo dicit beatus Greg. xxvij. Mora. cap. vlti. q illa in nobis virtus veraciter pullulat, quę in radice propria. i. humilitate perdurat: a qua nimirū si abscinditur arescit, quia viuificantē se in intimis humorē charitatis perdit. Quia igitur humilitas est sic sancta, idcirco ad ipsam habendā saluator noster verbis q̄plurimis nos hortatur in plærisq; locis. Et ne verba videātur nō sufficere, induxit exemplum in toto decursu vitę suę, in quo nunq̄ a radice humilitatis recedere voluit. Singulariter tn̄ datur nobis exemplum in euāgelio hodierno, in quo exemplum humilitatis tam persecutionis q̄ insultationis quam sustinet, voluit ęquanimiter tolerare vel transire. Tanguntur ergo in prædicto euangelio quattuor. videlicet

Humilitas pacificę declinationis vel absentationis. Post hæc ambulabat &c.

Temeritas indebitę siue simplicitas illicitæ suasionis. Dixerunt ad eum fratres eius.

Prę claritas veridicę explicationis vel satisfactiōis. Dixit eis Iesus, tempus meum.

Iniquitas maliuolæ persecutionis & oblocutionis. Iudęi quęrebant.

B ¶ Vel possumus dicere, q humilitas Christi ostēditur in quattuor. videlicet

In declinando motum perturbationis. Quia ambulabat in Galilęa.

In fugiendo seu aspernando fastum elationis. Dixerunt ei fratres.

In obseruando cultum deuotionis. Quia ascēdit ad

diem festum.
In tolerando verbũ detractionis. Iudẹi aũt dicebãt.
¶ Vel sic per alia verba. Motũ perturbationis declinauit. Fastum elationis recusauit. Cultum deuotionis obseruauit. Verbum detractionis tolerauit. Tangas partes vt supra per ordinem.

¶ Quãtum ad primum narrat euangelista C
ꝙ Iesus ambulabat in Galilẹã: & ratio erat quia ipe nolebat ambulare in Iudẹã, pro eo ꝙ Iudẹi .i. principes Iudæorum quærebant ipsum interficere. Nam principes & Pharisẹi sicut habitum fuit heri & nudiustertius, mortem eius procurabãt. Galilẹi vero erãt homines simplices: & ideo opera Christi non sic calũniabãt: vt dicit Chrysostomus. Et ideo Christus eos multipliciter honorauit .s. beneficio suẹ cõceptiõis, & suẹ natiuitatis, & singularitate vocationis: q̃a Galilẹi fuerũt primi vocati ad Christi discipulatũ: primitate miraculosẹ operatiõis .s. in Chana Galilẹẹ: manifestatione suẹ resurrectiõis. Aduertendũ tamen ꝙ Christus tũ ratione exempli ostendit ꝙ est licitũ cedere indignationi: tum ratiõe pficiendi cursum mysterij .s. opus nostræ redẽptionis. Primo informãdo. Secundo miracula faciendo. Tũ ratione mitigãdi furorem & irã & nequitiã Iudẹorum in ipm. Iudẹã dico dimisit ad tẽpus, non causa timoris &c. quẹre Augustinum & Chrysostomum.
¶ Quantum ad secundum dicit ꝙ imminebat festũ D
Iudẹorum .s. Scenophegia, quod interpretaẽ fixio tabernaculorũ vel fixio vmbrarũ: quia tabernaculorũ vmbris recreati erãt in deserto tẽpore quo exierũt de ægypto. & hẹc solẽnitas durabat septẽ diebus: & hoc festo imminẽte dixerũt ad eũ fratres eius .i. consanguinei & affines Iesu: trãsi hinc & vade in Iudẹã,

vt discipuli (non apostoli, sed turba & Iudęi qui cre diderāt in eū Hierosolymis) videāt opa q̄ tu facis, & p consequēs possis habere gloriā corā eis. Nemo quippe in occulto quid facit: & q̄rit ipse in palā esse, id est in apparētia & gloria seu reputatione coram populo: & non q̄rit opari in occulto, sed oportet q̄ operet in publico, vt inde publicā gloriā cōsequat.

E Hęc dicebant, ait Euāgelista: quia licet essent fratres eius & cōsanguinei, tn̄ non credebāt in eū. Vn̄ nota de istis quattuor. Pręsumptionē, quia Christū vole bant docere. Vanitatē siue vanā gloriā, quia vole= bant de Christi opibus vane glorari, immo ipsum ad vanā gloriā iducere. Manifesta te (iquiūt) mūdo. Temeritatē iudicij: quia nō solū ad vanā gloriā eū inducebant: verū appetere vanā gloriā iudicabant. Vn̄ dicebāt. Nemo in occulto aliqd facit & q̄rit in palā esse. Blasphemiā & incredulitatem. Non enim credebant: & verba dicebant vel proferebant incre= dulitatis. s. Si hoc facis &c.

F ¶Quantum ad tertium, respōdit Iesus sic. Tempus. s. meę glorię ostendēdę nondū aduenit, vel tēpus passionis. Tūc em̄ fuit eius diuinitas mani= festa sicut patuit in cōfessione Centurionis & in obs curatione solis, & alijs signis. Similiter & in resur= rectione & in ascensione &c. Tēpus autē vestrū qui

G mundana petitis & q̄ritis, semp est paratū. Et ideo mūdus. i. mundani Iudęi cū quibus concordatis in voto, quia & estis sicut & ipsi mūdanę glorię auidi: item cū quibus cōcordatis in blasphemia & incre= dulitate: nō post vos odisse: me autē odit: quia testi moniū perhibeo eius malitię. Vos igit qui mūdanę glorię cupidi estis, ascendite ad diē festū hunc: qui. s. est ad mūdanā cōuersus lętitiā, & nō factus ad diā

uinã reuerentiã. Ego autẽ non ascendã, ea.s.intẽtio ne qua suadetis, vel nõ ascendã palã, vel non primo die: quia ipse ascendit quarto die, vt sic essent Iudęo rum animi placati, vt ait Chrysostomus.

¶Quantũ ad quartũ dicit ꝙ Christus post hęc verba, fratribus ascendẽtibus ad diem festũ ipse mãsit in Galilęa, & hoc vsq; ad quartũ diẽ, sicut su pra tactũ est: tunc nõ palã sed quasi in occulto ascen dit, ne.s.Iudęorũ animos amplius perturbaret. Iu dęi autẽ.i.Iudęorum principes quęrebãt eũ, vel alię q maligni Iudęi q principib⁹ cõsentiebãt in Christi mortẽ. H ¶Nota illi in quattuor offendebãt, primo i volũtate nocẽdi. ideo dicit ꝙ quęrebãt eũ.s.ad pden dum. Secũdo in irreuerẽtia festiuitatis, & hoc quia erat in die festo: qñ.s.debuissent vacare deo. Tertio in contemptu: quia nõ dignãtur ipm noĩare: sed di cũt. Vbi est ille? q.d.eũ esse seductorẽ. Quarto in de tractiõe siue blasphemia. Seducit inquiunt turbas. I ¶Moraliter vos ascendite ad diem festum hũc, ego nõ ascendã. Vbi videre oportet quod sit festũ ad qđ Christus ascẽdere nõ vult. Hoc autem festum dicit Scenophegia: quod interpretat fixio tabernaculoꝝ vt dictũ fuit. Per hanc, mundanã siquidẽ intelligere possumus lętitiã. de qua Eccl'i.xxxiiij. Quasi qui ap prehẽdit vmbrã & persequit ventũ, sic & qui atten dit ad visa mẽdacia.i.ad temporalia, quæ habẽt ap parentiã & non existentiam. Dicitur autem tempo ralium iocunditas siue lętitia vmbra. Primo pro pter eius instabilitatẽ. Iob.xiij. Flos egreditur & cõ terit & fugit velut vmbra. Sap.v. Transierũt oĩa sicut vmbra. Secũdo, quia sicut quãto magis crescit vmbra, tanto magis sol a Zenith nostri capitis elongatur: sic amor terrenorũ quanto plus crescit,

tanto magis a mēte nostra sol diuinę gratię elonga tur & abscedit. Hiere. vi. Vęh vobis quia declinauit dies.s.gratię & lumē interioris & naturalis cognitionis: quia longiores factę vmbrae vespere tenden te lumine ad occasum. Et vere tendente nostra vita ad occasum, frequenter vt in pluribus: haec vmbra .i.terrenorum crescit affectus. Tunc enim videntes homines sibi vires deficere, appetunt viuere. Tertio, quia vmbra sequitur fugientē, & fugit sequentē: Sic facit mundana gloria. Eccli.xj. Si secutus fueris nō apphendes, & nō effugies si pcurreris. Gregorius. Gloria huius mūdi vmbrę similis est: quae fugiētē sequitur & fugit sequētem. Item vmbra nec replet, nec solidat. Et ideo nulli sufficit suus honor. Iudicū ix. Vmbrā montiū vides quasi capita hominū: & hoc errore deciperis.i.imagine vanitatis, & nota falsitatis. Iob.xij. Producit in lucem vmbram mor tis.i.prohibet diuinū aspectū, diuinū splendorē, & diuinū calorē. Iob.iij. Obscurent eū tenebrę & vmbrę mortis. Ergo Scenophegię fixio vmbrarū: quae est in temporali lętitia fidutiā stabilire, siue ibi firmare cor suū: quę tñ (vt dictū est) velut vmbra ptereunt. Contra nāq; sic facientes loquitur deus p Esaiam.xxx.cap. Vęh filij desertores qui ambulatis vt descendatis in Aegyptū: & os meū nō interrogastis: sperantes auxiliū in fortitudine Pharaonis, q nudans siue expolians interpretat.i.diaboli, haben tes fidutiā in vmbra Aegypti. Et ideo audite qd in ferat. Et erit (inquit) vobis fortitudo Pharaonis in confusionē: & fidutia vmbrę Aegypti in ignominiā. In hac nēpe vmbra cubat ipse Pharao. Iob.xl. Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. ¶ Et est aduertēdū q istę vmbrę ad literam fiebant de salicis ramis intextis. Salices nanq;

sunt arbores infructuosę, sed virentes: & significāt diuitias. quia Ecclesiastes quinto. Qui amat diuitias fructū, nō capiet ex eis. Iob. xl. Protegunt vmbrę vmbrā eius: & circundabunt eū salices torrentis. Item succus salicis potatus reddit mulierem sterilem: sic diuitiæ cum auiditate potatæ, reddunt animam sterilem ab omni opere bono: & reddunt eam infructuosam. Psal. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Istę sunt aquę maledictę. Numerorum. v. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & putrefaciant semen tuum. Istę sal ces plantantur iuxta corda fluida peccatorum. Salices de torrente, qui raptim transit. Et dantur eius rami infirmis ad recreationem. Nam & illi infirmo populo Iudaico dati sunt. Esaię primo. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Non sic autem dantur, sed potius auferuntur sanis Christianis. Matthæi. xix. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Istud igitur est festum peccatorum & mūdanorum. de quo dicit dominus. Vos ascendite. Nota: vane gloriosi ascendunt ad hoc festum, & tamen miserabiles non aduertunt, quia licet deus non ascendat manifeste, scilicet hoc festum approbando: ascendit tamen occulte, eos non aduertentes iudicando, subito. Iob xxi. Ducunt in bonis dies suos &c. De hoc peccatorum festo & de eorum interitu habemus figuram primi Regum penultimo, de Amalechitis &c. Narra historiam. Moraliter Amalechitę, gens humilis significant homines brutaliter viuentes, qui ad instar bestiarum in huius mundi pascuis & diuitijs voluptantur. Hi a parte australi, id est a mundana prosperitate irruunt in Sicelech, id est in conscientiam propriam: Sicelech est effusio mensuræ, id est

effusio gratiæ per peccatum:qd est secūdum Augu≈
stinum mensuræ priuatio : & incendunt eam igni,
scilicet praui desiderij. Nota.qd est peccator in igne
mundanę concupiscentię adustus, nisi quidam car≈
bo niger per peccatum? vel ad instar carbonis exsic
cat omni humore gratię,ponendus finaliter in for
nace inferni:vt ibi accēdatur inextinguibiliter. Suc
cendunt igitur Sicelech,id est conscientiam:& capti
uas duas vxores,scilicet carnem & animam, ad ser
uiendum peccato, & filios & filias, opera & cogita≈
tiones,& sic a deo recedunt. Sed quid facit Dauid?
manu fortis id est Christus?inuenit puerū ęgyptiū
q est stimul⁹ ɔscię, a suo domino dimissū,qui cœpe
rat ægrotare : & cum ipso inuadit miserum pecca≈
torem stimulus quidam interius torrēdo & percu≈
tiendo:illos.inuenit sedentes super terram ludētes,
& quasi festum celebrantes.& ideo bene dicit ꝙ Da≈
uid fecit illi dari ad comedendum vt fortificare≈
tur & fortificatus hostem scilicet suum dominum
persequeretur.Deus autem æternus prȩuidendo de
isto festo dixit. Vos ascendite &c.Hoc etiā certe po≈
test dici multis ad literam:qui ideo ascēdūt ad festi≈
uitates:& bene ascendunt:quia ducit eos vana glo≈
O ria.Dic quomodo dominę mundanę habent duo vi
tia: quorum vnum est satis incurabile. Vnū est vi≈
tium linguę, quo frequenter furātur famam bonā.
Alterum est ornamentum, quo frequenter furātur
animas deo suo, vtiꝗ sanguine precioso eius redē≈
ptas.Mulier (ait sapiens) preciosam animā viri ca
pit. Immo quod amplius est, furatur annos id est
tempus deo:quia aut semper se faciunt iuniores,fu
rantur capillos,furātur omnia de aliarum rerum
ornatu, ad suum cōuertunt quasi proprium.Item
dic quomodo ducunt puellas ornatas tempore quo

deberent venire illuc vbi moratur Christus, sed non veniũt cum fletu, vt deberent tempore passionis Christi. Sed tũc restat videre vbi morat Christus, si non ascendit ad diem festũm? Respõdeo, ambulabat per Galileam.i.per corda humiliũ. Cũ simplicibus em̃ sermocinatio eius. Nota, Galilea rota & trãsmigratio humilẽ significat, quia sicut pmissũ sola humilitas facit hominẽ a vitijs trãsmigrare. Hec insup est rota que rotatur & teritur multis cõcussionibus. est insup qui humilis ad instar rote debet esse semp paratus, vt iuxta diuinũ imperiũ moueatur vel ad anterius promotionis, vel ad posterius deiectionis & depressionis. Eze.j. Eleuabantur pariter & rote, spiritus em̃ vite &c. Nota humilitas tenet hominẽ firmũ, licet sit rota, inter prospera & aduersa. Inter prospera, quia nec humana laude extollitur. Etenim sicut aurũ probat ĩ fornace: sic virtus humilitatis ore laudantiũ nõ euaporat fumũ vane glorie. Nã oĩa liquabilia sunt vaporabilia pter aurum. Inter aduersa similiter, quia verus humilis non habet ventũ superbie, & ideo nõ crepat in fornace increpationis. Nota quomodo sola humilitas immobilis stat inter fluctus psecutiõis, & immobilem tenet hominẽ: & pœnitentiã eius cõseruat. Quidã em̃ paruus piscis Remora noĩe repitur, q inter vndas immobilis stat, & naui adherẽs eã figit & immobilitat inter vndas. Nauis est pœnitẽtia, cui si adheserit humilitas incõcussa manet &c. Inter istos Christus ambulat q nõ sunt infesti, & eũ recipiũt benigne. Inter Iudæos aũt supbos nõ ambulat, qa q̃rũt eũ pimere, sed finaliter in iudicio occulte & nullo sciẽte insurget subito ɔtra tales &c.

¶Feria.IIII. in Passione.



Vlta bona opera ostẽdi vobis &c. Ioan.x. Gratia diuina est affluẽtię copio sę quo ad famã, Multa. Excellẽtię seu effi= cacię vtuosę quo ad fructũ, Bona. Reful

A gẽtię luminosę quo ad acta, Ostendi vobis. ¶ Facta sunt encenia Hierosolymis &c. vbi supra. Secũdũ q dicit beatus Grego.ij. moral. cap. xxvj. malos non solum ignis per vindictã post cruciat: sed nunc etiã per liuorẽ cremat, quia qui postmodum puniendi sunt retributionis supplicio, nũc seipsos afficiũt in= uidię tormento. Ideo Hieronymus in ep̃la ad Adeo datum. Oro inquit quid inuido delectationis p̃stat inuidia: quẽ secretis cõscientię vngulis liuor ipse de cerpit, & alienã felicitatẽ tormentũ ei⁹ facit? Quia igitur inuidi Iudęi inuidia pleni erãt, idcirco inces= santer stimulabãtur in corde tanto letalius, quanto videbãt Christum plus clarificari prodigijs & do= ctrina: sicut nobis ostendit euãgelium hodiernum. Quousq, inquiunt, animas nostras tollis. i. suspen dis vel crucias & affligis? Ecce qualiter interius sti= mulãtur. Continet autẽ euangelium quattuor. vз

Insidiosam perquisitionẽ. Facta sunt encenia.
Sententiosam dissolutionem, Respondit eis Iesus.
Malitiosam perturbationem. Sustulerunt lapi.
Diffidiosam cauillationem. De bono opere.

B ¶ Quantum ad primum dicit euangelista q facta sunt encenia Hierosolymis. i. templi dedi= catio. Et quia tres erant dedicationes: vз Prima quę facta est a Salomone in autumno scз in die so= lenni septimi mẽsis. de qua habetur. iij. Regũ. viij. &. ij. Paralip. v. &. vj. Secũda quę facta est in vere. &. xij. Martij & luna. xij. a Zorobabel post reędifica= tionem tẽpli: vt habetur Esdr. iij. Tertia quę facta

est a Iuda Machabęo in hyeme,scilicet.xv.die mēsis Casleu.i.decembris. de qua primi Machabęo.iiij. post prophanationem templi factam ab Antiocho, Quia igitur tres hic festiuitates,idcirco debem⁹ intelligere eundem euāgelistam de qua loquitur: quia de hac tertia determinat di. Et hyems erat,& ambulabat Iesus in templo,in porticu Salomonis:quę erat in facie anteriori templi.s.intra atrium sacerdotum & leuitarum:vbi erat altare holocaustorū: & tunc Iudęi circūdederunt eum dicentes.Quousq; animā nostram tollis? Vide nequitiā: quando Christus dicebat se esse Messiam,Iudęi iniqui petebant signum.Ioan.ij.Quando ostenderat signa q̄plurima dicebant,dic nobis palā.iuxta illud Psal.In circuitu impij ābulant.Et tamen dicit sapiens,circulo quoq; impossibile est denegare.Talibus nihil potest breuiter suaderi . Sunt enim inuidi vt vespertiliones & noctuę:quę a luce diei excęcantur:quia lucē proximi videre nō possunt. ¶ Nota senes nō possunt depro pe videre:& significāt inuidum, qui potest a remotis videre, sed deprope id est in proximo nihil. Nota:magnā pœnam faceret deus inuido si ipsum poneret in gloria paradisi:quia ibi totaliter excęcaret a gloria proximi & a luce beatitudinis ipsorum. C

¶Quantū ad secundum Christus videns maliuolā interrogationē ipsorum atq; calumniā:non respondit nisi per opera quibus vera credulitas debetur, & dicit sic.Loquor vobis & non creditis, & ideo do vobis testimoniū diuinū,opera quę ego facio in nomine patris mei.cuius.s.gloriam quęro & laudem, non propriam.Hęc inquit testimoniū perhibent de me:sed tñ nec operibus nec verbis creditis. Id ideo autē est quia vos nō estis de ouibus meis.Probatio quia oues meę vocē meā audiūt &c.Vel attende hic D

ꝙ Christus triplici via procedit ad probãdũ se esse Messiam, vel ad ꝓbandũ veritatẽ doctrinę suæ, vel suã diuinitatẽ. vcȝ. Ex vtilitate seu celebritate obsequij, vel prodigij: ibi. Opera quę ego facio. Ex sublimitate stipendij, quia do vitã æternã. Ex securitate pręsidij: quia oues meæ non peribũt, nec potest eas quiſq̃ rapere de manibus meis: quia ego habeo idẽ posse cum patre. Pater enim qđ dedit mihi maius omnibus est: & nemo pôt rapere de manibꝰ patris mei. Vel possumꝰ dicere ꝙ ꝓbat q̃druplici rõne. vcȝ

Ex veritate præconij. Loquor vobis.

Ex celebritate prodigij: Opera quę.

Ex sublimitate stipendij. Ego vitam æternam do.

Ex securitate præsidij. Oues meæ.

E ❡ Opera igitꝰ q̃ ego facio, illa testimoniũ ꝑhibẽt de me. Nã ex ope arguitꝰ ꝟtus, & ex virtute substãtia. Igitꝰ eadẽ virtus & eadẽ substantia. Et ne credatur ꝙ ipse talibus qbus cõfert vitã, det eã sine meritis: siue ꝙ det vitã ouibus vagabũdis in nemore huiꝰ mũdi, vel de prato mũdanarũ delitiarũ: ideo ꝑmisit ꝙ hãc vitã nõ cõfert nisi ouibus suis: quę. s. habẽt quattuor conditiones inter alias, videlicet

Synceritatem innocentiæ. Ideo oues.

Intimitatem amicitię. Ideo meæ.

Humilitatẽ reuerentię vel obedientiæ. Ideo vocem.

Stabilitatem perseuerantiæ. Ideo sequuntur.

❡ Et hinc possumus aduertere ꝙ sunt oues dñicæ. Oues eñi suæ vt eas possit agnoscere sunt cruce signatę: habẽt rigorẽ pœnitẽtię macerãtis: nõ induũtur velleribus alioꝝ alaliũ, nõ pelle lupina. Hic dilata materiã ad ornamẽta & picturas facierũ. Istę tales sunt faciẽtes sicut oues dæmonis habẽtes characteres bestię. Vel sic. Habẽt oues Christi Mãsuetudinẽ cõuersationis: ideo oues. Dulcorẽ deuotionis,

quia lac. Subiectionē reuerētiæ, quia audiūt vocem dñi sui.s.edite & comedite &c. ¶ Nota hic, Christus nō dicit audiunt fabulas vel nouitatē doctrinæ: sed vocē meā. Dilata hic de illis qui quęrūt fabulas vel verba aures demulcētia. Nota quō ad nycticoraces capiunt aues p pedē & nō p plumā qua volāt p inanē gloriā: sed solū p pedē illaqueant, dū talia auibus placēt, & chordę ligant. ¶ Quantum ad tertiū dicit euangelista, ꝙ iniqui Iudęi malitiā & obstinationem cordis nō potuerūt sustinere: sed prorūpētes in sæuitiā, acceperūt lapides vt lapidarēt eū. Sicut autē alias dictū est, oīne peccatū interficit Iesum.i.salutē in cōscientia peccatoris: sed secundū diuersitatē peccatorū diuersam ipsi mortē inferūt. Nā quidā pcipitāt eū deorsum: & isti sunt supbi vel vani gloriosi. Quidā eū suffocāt & opprimunt, & isti sunt auari. Hic introduc de illis q subripiūt bona pupillorum, & maxime illorū q ipsorū curę cōmissi sunt. Quidam eū lacerāt & isti sunt crudeles. Quidā ipm cōburūt & isti sunt iracūdi. & sic de aliis. Obstinati aūt lapidāt ipm. Ita faciebāt isti maligni: quia primo eū corde, deinde manu & opere lapidare voluerunt. Sed Christus benigne respondit eis dicēs. Multa opera bona ostendi vobis ex patre meo &c. Hic dicit ex patre meo: ne videretur sibi illa tribuere, & per consequens animum eorū prouocaret. ¶ Quantum ad quartū dicit. Responderūt Iudęi de bono opere &c. Ecce cōfitentur bonū opus, & tamen dicunt dei filiū blasphemū: & per cōsequens si ipsis cōtradicūt, certum est ꝙ nō fructus bonos arbor mala facit. Item petebant ꝙ diceret eis palam: tamen cū eos ad opera, quę ipsum negare non poterāt, transmisisset, ipsi in insaniam conuertuntur. ¶ Nota quid sit blasphemia; qū hō attribuit sibi vel alteri qđ attribuere nō

F G I H I

debet: vel remouet a deo, qđ deo est attribuẽdū: vel attribuit creaturę qđ deo est ꝓpriū. Hic est dilata de periurio si vis. Sed Christus eorum furorē mẽte miti & mansueta monitione frangere conatur, dicẽs. Nonne scriptū est in lege vestra? Ego dixi dij
G estis &c. Large hic accipitur lex. Nota si vis, ordinē & gradū in vitio libidinis. ℭ mollitiē, incontinẽtiā, intemperantiā, & bestialitatē. sic cõtra est in virtute stabilitas, continentia, tẽperantia, & virtus heroica. Sic igitur qui perueniūt ad quartū gradū vitij nõ vocãtur homines, sed bestię: sic peruenientes ad quartū gradū virtutū, nõ vocanť homines: sed dij. Igitur ego dixi dij estis. Continua historiā euãgelij.
K ℭ Nota oues dominicę signanť in baptismate: hoc tñ signū aliqui destruūt: & non oportet ꝙ reitereť: & crescentibus pueris signū nõ apparet. sic crescentibus peccatis, oportet iterū ꝙ tradatur & reitereť signū, & hoc fit ꝑ pœnitentiā. Qui eñ sunt Christi (ait Apostolus) carnē suā crucifixerūt. Et ideo statim potes videre qui sunt oues Christi vel diaboli.
L Nota ꝙ has oues Christus non dimittit vagas per nemus: sed eas flagellis reducit & virga. Et ideo appositi sunt canes. i. prędicatores vt arceant lupos & latrent contra vitia. Sed aduertant ꝙ nõ sint canes
M muti. Nota ꝙ malę sunt oues dæmonis, quia non sunt fœtosę, cū non habeãt siue offerant lac & lanā, immo auferūt crudeles vsurarij, ita ꝙ ipsi depascãt pupillos. sed quid fiet eis? sicut dicit Psal. Sicut oues
N in inferno positi sunt, & mors depascet eos. ℭ Ambulabat Iesus in templo &c. Nota, templum signat naturam humanam siue mentem, quod videre poterimus si attendamus Sublimitatem positionis: quia est locus altissimus. Nobilitatem constructionis: quia multipliciter erat ornatū. Celebritatem

oblationis: quia ibi facta est mystica oblatio agni. In nostra enim natura oblatus est Ysaac agnus hę=rens vepribus. Tranquillitatē remissionis, quia ibi apparuit angelus.i. Christus reponens gladium.i. post magnā cędē populi mitigans iustitiam dei pa=tris. ¶ Ad aliquā moralitatem habendā duo sunt notanda. Primo, in quo templo siue in quibus con scientijs deus ambulet. Secūdo qui sunt qui de hui⁹ conscientię templo eū eijciūt lapidando. ¶ Quantū ad primū dicitur ꝙ Christus ambulat in tēplo in porticu Salomonis. Vbi prius quo ad literā aduer tendū est ꝙ templū septem partes habet distinctas vt dictū est alibi. Prima est atrium immūdorū, & significat humilitatē subiectionis. Secūda mulierū, & notat intimitatem compassionis. Tertia viroꝝ: signans maturitatē discretionis. Quarta atriū leui tarum, vbi erat altare holocaustoꝝ, & hoc signifi=cat austeritatē cōpassionis, correctionis, castigatio=nis, & increpationis. Quinta porticus Salomonis, quę significat tranquillitatē conscientię & pacē: & ibi moratur Christus: quia ipse dicit. In pace in idipm dormiā & requiescā. Nā in maliuolā animā nō in=troibit sapiētia. Apostolus. Pacē habete & deus pa=cis erit vobiscū. Ambulabat, dicit, quia ad ambulā=dū nos inuitat: & intrat in porticū Salomonis, qui debet esse locus regis.s. volūtatis. Sexta est sancta, q̄ significat mētis suauitatē vel deuotionem. Septima sancta sanctoꝝ; q̄ significat orationē, qua.s. tegitur altare incēsi. ¶ Quantū ad secūdū dico ꝙ Christus ambulabat p porticū Salomonis.i. p remorsum cō sciētię. Nota, hęc porticus nūq̄ fuit destructa: sic re morsus cōsciētię nūq̄ perimitur. Sed quid dicit pec cator? Si tu es Christus dic nobis palā. &c. quasi di cat. si deus est sic misericors, libenter vellet ꝙ pstą=

ret mihi gratiam cōuersionis, & me chrismate san ctificatiōis inūgeret. Sed iā audi ipsum dicētē: Opera quę ego facio &c. Quod multipliciter patet: quia loquitur per inspirationē: quia facit opera suę misericordię, quia promptus oīb⁹ suis, quia illas sustētat. Sed de hoc tēplo eijciunt & lapidare conanť, hyeme peccatorum existente: sicut de illis legitur ꝙ hyems erat apud eos cū cōtra Christū surrexerūt.
Q Augusti. Frigidi erant. Nota, frigus statū peccatorū signat multipliciter. Primo ratione frigiditatis pigritiā inducentis. Prouerb. xx. Propter frigus piger arare negligit, mēdicabit igitur in ęstate. Secundo ratione sterilitatis, quia tunc in terris nihil noui generať: immo si quid natū, mortificať. Sic mortificanť opera prius facta, & de arboribus cadūt folia. Iohel. j. Posuit vineā meam in desertū, & ficum meā decorticauit. Nudans spoliauit eā: & albi facti sunt rami eius. Et ideo, flete qui bibitis vinū in dulcedine: quoniā periit ab ore vestro. Nota, vna ē dulcedo mortificationis, & est dulcedo deuotiōis in vitibus: altera operationis & exercitij in ficulnea, & in eis foliū defluit. Tertio quia in hyeme nullū apparet vestigiū ęstatis. Sic ī pctōre nullū vestigiū apparet pristinę bonitatꝭ seu cōuersatiōis: īmo quāto ęstas fuerat mollior, tāto postmodū qñ ad hyemē venit peior apparet.
R ¶ Pro moralitate nota: a Salomone pacifico fuit tēplū nostrę ꝯscię structū & consecratū ī paradiso terrestri: sed rex Babylonis. i. dęmō istud tēplū destruxit ꝑ manū Nabusardā in tētatione primi hoīs. Nota: Nabusardā princeps coquorū & signat tentationē gulę, qua primi hominis tēplū fuit destructū. Item interpretatur prophetia paleę quia ipse paleas primo homini prophetauit quando dixit: Eritis sicut dij scientes bonum & malum.

Sed templũ sic destructũ reparauit Zorobabel, qui princeps translationis interpretatur,& significat illũ principẽ,de quo Esai.ix. Et vocabitur ammirabilis cõsiliarius,deus fortis,pater futuri seculi,princeps pacis.Ipse enĩ fuit princeps trãsmigratiõis.¶ Tertia autẽ fuit templi dedicatio.s.cõscientię.Nã Antiochus q interpretatur silẽtiũ pauperis, diabolũ significat,qui silenter.i.occulta suggestione depauperat hominẽ.Hic ad literã, postq̃ templũ expoliauerat: posuit in illo idolum abominabile:sic posuit dæmon in conscientia:sed fit dedicatio per Iudam,id est cõfessionem.&c. g

¶Feria.V.in Passione,seu Hebdo.V.

Fides tua te saluam fecit, vade in pace.Lucę.vij.Tria inter alia facit diuina gratia:circa animam. Ipsa nanq₃
Credulitatem format.Fides tua fecit.
Iniquitatem purgat.Te saluam.
Tranquillitatem donat.Vade in pace.

¶Scd̃m sentẽtiã beati Gregorij.xxx.Mor.ca.iij.in hac excessiua dei misericordia ostendit vel declarat ꝙ ipsa nos oppssos nõ deserit, sed imbrẽ cõpũctionis infundit,& subtilis intelligẽtię solẽ reducit,atq₃ sic ostendit quantũ nos diligit qui nos nec cũ respuitur relinquit.Hoc certe iuxta doctrinã Augustini, de libero arbitrio: in hoc aduertere possumus, ꝙ deus mira dispositione paterna ex pte peccatoris ipm̃ sua pietate ad pœnitẽtiã inducit,immo iterdũ ipm̃ ad maioris pfectionis gradũ pducit,q̃ peruenisset si alias nõ peccasset,vt bene ostendat totũ ex mero bñficio suo pcedere.Et licet habeamus exẽpla q̃ plurima:istud tñ iter alia est singulare qd̃ nobis pponit in euangelio hodierno:in quo.iiij.innuũtur. A B

Humilitas obsequij, Ecce mulier.
Temeritas iudicij, Videns autem phari.
Vtilitas colloquij. Simon habeo tibi.
Subtilitas cõmercij, Remittuntur tibi peccata.

B ¶Quantũ ad primũ dicit ꝙ quidã Phariseus &c. sed hoc vtrũ factũ fuerit in Iudea an in Galilea non inuenit. Et ecce. Nota ꝙ ecce est aduerbiũ admirationis: quia ipsa mirabiliter erat peccatrix: vel fuit mirum de eius cõuersione. Nota hic ponũtur trãsgressiones & satisfactiones multiplices. Quia trãsgressa erat primo a peccatorũ diuturnitate: & ideo dicitur quę erat, quia diu in peccato permãserat. Secundo, a famositate, quia in ciuitate, ita ꝙ peccata eius non occulta, sed manifesta erant. Item in ciuitate, vbi multos traxerat ad peccatũ. Tertio a multiplicitate, quia non tãtum in vno peccato fuerat, sed (vt ait Gregori⁹) in vniuersis vitijs fuit. Nota, nõ ponitur hic nomen: quia peccatores q̃diu sunt ĩ peccato, de libro domini sunt deleti. sic de diuite epulone. Lucę. xvj. cuius nomen subticetur. Satisfactiones etiã ponuntur multiplices. videlicet. Primo in admirãda cõuersiõe: Ecce. nam sicut fuit mirabilis in transgressione: ita mirabilis in conuersione. Secundo in properatione vel festinatione, quia statim vt audiuit accessit. Vt inquit cognouit. Tertio in propinquatione, quia q̃diu a domino fuerat elongata,
C stetit, in quo notatur cõfidentia. Quarto in exhibitione, quia oĩa quę prius dedicauerat mũdo, voluit domino integraliter dedicare. Nã attulit alabastrũ vnguenti, ingressa est conuiuiũ, non erubuit, stetit quæ diu male ambulauerat, vel in fęce iacuerat, retro, quia ante prę verecũdia accedere non audebat. Item retro, quia eius vestigia imitari proponebat,
C lachrymis rigauit. &c. Cõtinua literam. Nota hic,

ꝙ Christus erat discalciatus vt ait euangelium. Itẽ ꝙ Chrysostomus ponit multas mulieres.&c. Nota insuper ꝙ aquam corporalẽ vt Samaritana nõ posuit, sed aquam suauem effudit, quãdo ante domini pedes.i.affectiones, aquam suauissimam impetrauit.s.gratię. Vnde nota ꝙ hęc sãcta peccatrix anteq̃ conuerteretur, a sole fuerat plurimũ elõgata,& cor eius fuerat totaliter ingelatum vt glacies, sed econtrario hæc ipsa habuit ardorem doloris & contritionis. Gregori⁹. Videte quãto dolore ardeat: q̃ flere inter epulas non erubescit. Aperuit nãq; hæc sancta fenestras suas, quas luci clausas tenuerat. Nota hic de calore quem suscepit. Cantico.v. Anima mea liquefacta est: vt dilectus locut⁹ est.s.per inspirationem. Nota. Iuste vocatum est nomen eius Maria.i. mare amarum. Sicut enim terra suis venis trahit aquam de mari quæ ibidem depuratur, & efficitur aqua suauis & dulcis, sic hec sancta de mari, id est de amaritudine culpę & peccati, venas humilitatẽ quę est in terra absconsa, aquas lachrymarum quę sunt ab amaritudine huius mundi depuratæ & in dolorem cõuersæ, intantum vt Christi pedes.i.affectiones cõtra eam amaricantes dulcorauit. Bene igitur de ea verificari potest illud Ezech.xxxvj. Terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis. Nota ꝙ virtutum plantas vitijs extirpatis, hæc sancta in suo horto plantauit. ℭ Quãtum ad secundũ dic ꝙ Phariseus qui dominum inuitauerat, in quattuor erat reprehensibilis, videlicet. Primo de præsumptione falsę iustitiæ. Secũdo de incõpassione. Tertio de infidelitate, qui credidit Christuz ignorare qualis esset mulier. Quarto de sui superioris reprehensione. D

ℭ Quantũ ad tertiũ dic qđ Christus reprehẽdẽs iudiciũ Pharisęi dixit ad eũ. Duo debitores.&c.i.duo E

viuentes sensualiter. Nota ꝙ hęc forma imprimit in electis abolita iterũ reformans: ꝙ si non sufficit, ponet eos in fornace purgatorij. Alij autẽ q ponũtur in fornace inferni deputãtur ad alios vsus. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt. Vnde qa nõ sum⁹ sufficiẽtes ex nobis cogitare tãq̃ ex nobis etiã si simus in gratia existẽtes, sic multo minus in oblectatione peccati. Et ꝯuersus oculo pietatis ad mulierẽ a quã ante auersus extiterat, dixit. Vides hanc mulierẽ. i. videre cures vt eius fidẽ capias ꝓ doctrina: intraui domũ tuã, non tñ mentẽ tuã: at mentẽ huius intraui, ideo remittũtur &c. Aduertendũ ꝙ hoc dictum Saluatoris solũ tenet de illis qui debitores fuerunt nõ de illis q fuerũt ab huiusmodi debito ꝑseruati. Sicut qui fuerũt sanctificati in vtero: de quoꝝ numero fuit beata virgo. Tales eñ plus diligũt, quia

F maius beneficiũ recipiũt. ¶ Quantũ ad quartũ, dixit Iesus ad mulierẽ. Remittãtur tibi peccata tua. non dixit, Remitto, nę. s. Pharisęi & astantes turbarẽtur: sed remittuntur. s. a patre. Nota vt ait Bernardus, vnde hęc mulier spiritualiter infirma curata est. ait de Iuda. Iste (inquit) bono odore moritur vnde alij viuunt. ¶ Moraliter hoc posset exponi de corpore mystico ꝙ multi scd̃m Apostolũ vnũ corpus sumus in Christo, cuius quidã sunt manus. s. laborantes: quidã pedes. s. qui sunt in bona ꝑte corporis, tũ in veritate ipm corpus sustẽtant; & q̃diu huiusmodi pedes fuerint in ea, ipsa fit maxima meriti. Sed hodie isti pedes minus sunt cõminuti, vel sunt infirmati, vt patet de religiosis. Stare ergo iuxta pedes, est opibus vel pauperibus adhęrere vel se eis pie exhibere. Stare. s. affectu retro nõ ante: ne ꝑcedas ꝑ inanẽ gloriã, sed ipsi te: quia pedes debẽt ꝑcedere tã q̃ illi qui te portant. Hęc eos lachrymis la-

uit,quo cōpassionis quę ostendit effectum.ij.ad Corinth xj.Quis infirmatur & ego nō infirmor? &c. Iob.xxx.Flebā quōdam super eum qui afflictus erat & cōpatiebatur anima mea pauperi. Capillis tergere,est inopū lachrymas temporalibus subsidijs exsiccare:sed quidā de istis proximos nō nutriunt:sed eis suspendūtur,sicut Absalon.Nota isti capilli sunt mulieri dati.i.fragilitati ad ornatū: vt per eos nihilominus Christi pedes tergant. Viro ignominia est nutrire comam,secundū doctrinā apostoli.Osculari,est verbis benignis consolari,& tunc pauperes inungunt, dum.s.mitigātur eorum necessitates, & sic bon⁹ odor diffunditur.¶Moraliter bene hic datur forma quomodo anima peccatoris cōuerti debeat vt possit indulgētiā percipere de peccatis. Vbi primo occurrit videre vbi ipsum veniæ largitorē valeas inuenire?Respondeo in domo Simonis, qui obediēs interpretatur. Intra domū obedientię, ibi ipm inuenies:quia obedientia ipm ad suū hospitiū trahit semp.iuxta illud Gen.xxviij. Vere nō est hic aliud nisi domus dei & porta cæli. Ibi eī est locus amœnus grati cōuiuij:& hic est ille qui a dño curat a lepra.Mat.xxvj.Cū esset dñs in Bethania ī domo Simonis leprosi.Ciuitas mūdus est.Psal.Vide iniquitatē & ɔtradictionē in ciuitate.Mulier peccatrix aīa:q̄ bñ vocat Maria a mari:mare ꝑpter multitudinē amaritudinis pc̄tōrū.Sed hęc mulier si vult a culpa sanari oportet ꝙ vadat ad domū Simonis.i. ad obedientiā:quia Prouer.xxj.Vir obediēs loquet victoriā. Sed oportet ipsaʒ afferre vnguētū q̄ aliqñ est vsa ad mūdi lasciuiā.Istud aūt vnguētū est meritoriū nō illud vnguētū peccatoꝝ.de quo Psal.Oleū pc̄tōrū nō impinguet caput meū.Et istud vnguētū pc̄tōꝝ hęc mulier prius ɔfecerat ꝑ hūc modū.Prio

nãq; collegit herbas peccatorum, quę copiose inueniũtur in horto mũdi: collegit dico p sensus: per vagationes visus, auditus, & sic de aliijs sensibus: deinde triuit p modũ pulmenti cogitationes ipsius peccati: deinde in olla cordis sui igne praui desiderij coquit, quo facto inungitur: dũ. s. opus exterius pdit. in tãtũ aliquãdo, q malus odor peccati diffunditur p hanc domũ. Vnde istud est vnguentum, de quo. ij. Parali. xvj. dicitur q Asa, qui sustollens interpretatur, peccator. s. qui attollitur cõtra deum, ægrotauit dolore pedũ vehementissimo. i. peccato: qđ peccatũ in sola volũtate est designatũ p pedẽ, & nõ recurrit ad dominũ, sed mortuus est. s. p culpã, & posuerunt eũ in loco suo. s. in delectatione peccati: & vnxerũt eũ vnguento meretricio. i. turpitudine famę. Sed hoc vnguẽtum factũ fuit ad corporis lasciuiã vel delectationẽ, sicut debuit fieri ad salutẽ animę. Anima nãq; debet hęrbas peccatorum Primo colligere p meditationẽ. Secundo terere p discussionem, vel terere p contritionẽ doloris. Tertio, decoquere p ardorem, & hoc in olla cordis. Istud vnguẽtum debet anima plagis peccatorum suorum apponere. Est enim mortificatiuũ peccati p dolorem. Mitigatiuũ p spem. Sanatiuũ culpę. Eccli. xxxviij. Vnguẽtarius vnctiones conficiet sanitatis: & in his carnis mitigabit dolores. Hoc vnguentũ suauem facit odorẽ, vt ait Ber. sup Cant. nedũ hominibus, verũ etiã angelis. dicens. O quãtus est odor in domo. Ecce pœnitentia peccatoris. Hoc autẽ vnguentũ figuratũ est Exodi. xxx. vbi dicitur sic. Sume tibi aromata primę myrrhę & electę quingẽtos siclos: & cinamomi medium. i. ducentos quinquaginta siclos: calami similiter ducentos quinquaginta siclos: casię autem quingentos siclos in pondere sanctuarij:

oleū de oliuetis mēsurā hin. Faciesq vnctionis oleū sanctū, vnguētū cōpositū. Nota.v.dicit assumenda ad istud vnguētū cōficiēdū: q̄ sunt Myrrha electa.i. amaritudo cordis: quę tūc est electa q̄n præcipue est propter displicentiā diuinę offensę: & nō ppter piculū aut damnū qd qs incurrit. Cāt.v. Manus meæ distillauerūt Myrrhā. Cinamomū, qd scdm Glossā humilitatē significat, qd est cinerei coloris: & est species multum dulcis & cōfortatiua. de hac ponit mēsura media respectu primæ: quia maior debet esse dolor de diuina offensa q̄ humiliatio de damno qd incurrit. Calamus, q in Libano nascit, significat decorē puritatis. et si nō pōt pfecte ad cādorē Libani peruenire, saltem pueniat ad calamū Libani.i. ad eminētiā vitę. Casia, austera confessio. Oleum deuotionis, diuinę misericordię.

ℭ Feria. VI. in Passione.



Hic homo multa signa facit. Ioan.xi. A
Tria inter alia nobis fiduciā pręstant ad subsidium diuinæ gratię requirendū. vez
Pręsentia gratiosa. Hic.
Clementia viscerosa. Homo.
Potentia virtuosa. Multa signa facit.

ℭ Collegerūt pōtifices & pharisęi cōciliū &c. Scdm q dicit Richard9 sup Matth Homil.xxxj.in minori. quēadmodū colūna in domo si recta steterit accepto pōdere firmat amplius: si aūt modicū obliqua fuerit, nō solū nō firmabit, sed magis vadit ad latus: sic & cor hominis si rectū fuerit videns opa alicuius viri iusti vel audiēs, amplius cōfirmatur: quēadmodū domus in columna: sic corde spirituale ędificiū sustētat. Si aūt nō rectū fuerit, nō solū nō cōfirmat, sed magis puertitur, & ad praua iudicia

excitatur. Istud generaliter veritatem cõtinet, sicut excẽpla q̃plurima sacrę paginę manifestãt: singulariter tñ exemplũ proponit in euangelio hodierno. In quo quattuor exprimuntur. videlicet
Collegiũ maliuolę ꝓuocatiõis, Collegerũt põtifices.
Oraculũ ꝓpheticę allocutiõis, Vnus autem ex eis.
Iudiciũ veridicę explicationis, Hoc autem a se.
Remediũ pacificę vel beniuolę absentationis, Iesus igitur iam non palam ambulabat.
Aggregatũ concilium, ad consultandum nequius.
Allegatum dispendium, ad concitandum fortius.
Reseratum ꝑconium, ad confirmandum verius.
Definitum iudicium, ad perpetrandum fortius.

B ¶Quantũ ad primũ vbi loquitur euangelista de quodã concilio aggregato &c. hic tangit tria. Primo qui fuerũt huius cõcilij auctores, & dicit ꝙ fuerũt põtifices, in quib⁹ eẽ debebat ęquitas iustitię, & Pharisęi, in quib⁹ debebat esse sanctitas vitę. Secũdo de quo erat illud cõciliũ: de morte Christi procurãda. Erat em̃ aduersus salutẽ, q̃a Iesum &c. O peccati furia & phrenesis q̃ in tantã processit insaniã: vt mortẽ mãsuetissimi medici qui salutẽ attulerat, pertractaret. Tertio quia allegãt signa mirabilia: & ideo dicebãt. Quid facimus? Oẽs credẽt in eũ: & veniẽt Romani, & tollẽt locũ nostrũ & gentẽ. Istud dicebãt vel quia dubitabãt ne turba faceret Christum regẽ, & ex hoc turbarent Romani qui eoꝝ dñabant vel quia volebãt rebellare, & Christus ꝑdicabat patientiã: vt. s. q te ꝑcusserit &c. vel verius puto dicebãt ex malitia, quia volebãt cõtra eũ corda hoĩm incitare. ¶Et hic aduertendũ ꝙ periculosa sunt cõsilia vel periculosę allegatiões iniquorũ. Ponere nãq; tales in loco iudicij nihil aliud est q̃ ponere cultellũ

C

In manũ furiosi. Fit igitur cõsilium ad cõsultãdum nequius seu iniquius &c. De isto iniquo consilio alle gando: prophetauit ille patriarcha Iacob Geñ.xlix. sic dicẽs. Simon & Leui fratres vasa iniquitatis bel lantia: in cõsilium eoꝝ non veniat anima mea: nec in cœtu eoꝝ sit gloria mea: quia in furore suo occi derunt virum, & in voluntate sua suffoderunt mu rum. Maledictus furor eoꝝ, quia pertinax: & indi gnatio eorum, quia dura. Nota historiam succin cte. Egressa est Dina &c. Geñ.xxxiiij. Sichem qui in terpretatur humerus vel labor, Christum signifi cat: qui ꝓprijs humeris nostra portauit peccata: qui dicit per prophetam. Pauper sum & in labori bus a iuuenture mea, exaltatus. s. in cruce: & humi liatus. s. in contumelijs & despectione: conturbatus tormento. Hic Sichem bene dicitur filius principis terræ illius. s. Emor, qui amaricans interp̃tatur. i. deus patris, qui erat cõtra humanũ genus propter peccatum, amaricãs. Dina interp̃tatur amaritudĩ nes suscitãs: & significat ecclesiam collectam in fide tã ex Iudęis q̃ ex gentibus: quę passa est mundi ęgri tudines dum tyranni tam in capite q̃ in membris eam sunt diu crudeliter persecuti, & adhuc eam per sequũtur: immo verius iniqui consiliarij. Hãc Di nam. s. ecclesiam: Christus rapuit: & eam sibi coniu gio legitimo copulauit: sed iniqui fratres Leui: de quo põtifices, & Simon, de quo Pharisęi, nocte, luce. s. gratię notitię extincta, irruerũt sup ciuitatẽ, ꝯgre gationẽ. s. fideliũ, & vt est Geñ.xlix. in furore suo cõ occiderunt virũ &c. illũ. s. qui est vnꝰ de millibꝰ. Est eñ vnꝰ, & secũdũ nõ hȝ. Eccl's.iiij. Iuxta illã qđ seqẽ Geñ.xlix. Et ĩ volũtate sua suffoderũt murũ. i. cor pus bñdictũ Saluatoris. Et hic dolor siue vulnꝰ pla garũ magis molestabat Christũ tp̃e quo ip̃e ꝑsioꝝ

amore erat maxime vulneratus & afflict⁹ dū nō videbat illos cōuerti. Juxta illud Gene. xxxiiij. Et ecce die tertio qn̄ grauissim⁹ vulnerū dolor est. Factum est aūt hoc die tertia. Prima dies fuit exēplaris conuersatiōis. Secūda, regularis informatiōis. Tertia, singularis opatiōis. s. miraculorū. De hac pcesserat figura Danie. vlti. vbi dicit ꝙ egressa est iniquitas a senioribꝰ mēdacibꝰ: qui videbant regere populū. Isti fuerūt illi duo senes antiqui in peccatis, pleni iniqua cogitatione, qui voluerūt Susannā (quę interpretat gaudiū gratię) i. ecclesiā vel Christi humilitatē, vxorē Ioachim qui fuit exaltatus in cruce. Ego si exaltatus fuero a terra &c. Voluerunt cū illa mœchari & cogebant illā ad meretricandū: sed Daniel qui dei iudicium interpretatur, sententiauit eos.

D ¶Quātū ad secundū dicit ꝙ vnus iniquus inter eos cui nomen Caiphas, q vomit⁹ oris interpretat, quia vomit qđ tenebat in corde, dedit tale cōsiliū. Expedit vt vn⁹ moriat homo pro populo &c. Vere vn⁹, quia singularis. vere homo, quia māsuet⁹ & dulcis. Expedit multiplici ratiōe. Primo, qa culpę infinitę infinita satisfactio debebat: vt ait Ansel. in libro cur de⁹ hō. Secūdo, quia oēs hoiēs erāt debitores pro se: nec p se satisfacere poterāt. Tertio, qa tāta debet esse satisfactio quāta est dignitas eius cui est fienda satisfactio: omne aūt qđ deus nō est, deo satisfacere nō poterat: ergo &c. Alię insup ratiōes assignari possunt. vꝫ vt charitas dei erga nos cōmēdaret. Ad Rom. ix. Cōmendat aūt de⁹ suā charitatē in nobis, q cū adhuc pctōres essemus Christus pro nobis mortu⁹ est. Quis eñ credere potuisset ꝙ de⁹ tantā habuisset circa humanū gen⁹ dilectionē? O ineffabilis dilectio charitatis. Scđo vt quātitas mor-

bi tibi ostēderet,pro quo sanādo oportuit filiū hois mori & occidi.Bernar.Agnosce homo q̄ grauia fuerūt vulnera tua,pro quib⁹ necesse fuit Christū dn̄m vulnerari. Tertio vt nobis cōfidētia impēderet.ad Rom.v.Si em̄ cū inimici essemus recōciliati sumus deo per mortem filij eius , multo magis recōciliati salui erimus in vita ipsius.

¶Quantū ad tertiū explicat euāgelista:vnde huius mali viri dictū processerit quo dixit.Expedit &c.ne tota gens pereat.Vnde subdit.Hoc autē a semetipso nō dixit:sed cū esset pōtifex anni illi⁹ &c. vbi indicat dignitas pōtificis,in quo etiā puerso spiritus sanctus dignatus est vera loqui &c. E

